




- De Officio Directorum et ducum Circularium. D.
2) Von der Konstitutionen für den Ant. R.
3) De jure exequendi, Directoribus circularum
competente. D. C.
4) De majestate imperii. M.
5) De differentiis Juris Romani et Germanici in
re militari. J. D. R. G. M. M.
6) De dethronisatione. D.
7) De principum potestate in sacris ante paces
religionis. S. R.
8) De jure statuum imperii circa sacra. S.
9) Principes Electores nulla lege adstringi ad Aca-
demiam condendam.
10) De commodis, quae e pacificatione West-
phalica in Theologiam redundarunt. W.
11) De Vicariatu Rhenano. V.
12) De Reservato Ecclesiastico. R. E.
13) De feudis imperii. F.
14) De causis, pacem omni studio sectandi. P.
15) De praeliminaribus tractatum pacis. P.
16) De officio pacificatoris. P.

17) Vorstellung des jesu Bisch Bischof, wovon
dieser ~~ist~~ in den Grundgesetzen des Reichs
nicht zu erwähnen. R.

18) Ob ein neues Electorat durch die massen
Königreich festzustellen, d. Hauptstadt werden
möge? E.

des
v.
ca.
H.





14.

De
CAUSIS
PACEM OMNISTVDIO
SECTANDI

⁊
BELLUM ABHORRENDI

Gravissimis
DISSERTATIO

CHRISTIANI HENELII.

J. U. L.

612



14

DE
CAUSIS
PACIS OMNISTVDIO
SECTANDI
&
BELLII ABHORRENDI
GRAVISSIS
DISSERTATIO
CHRISTIANI HENNELII
P. M.





S. I.



Ot jam ante præterlapsa Secula *Isocrates*, præstan-
 tissimus sui temporis apud Athenienses, celeberrim-
 um tunc Græciæ populū, Orator ac Politicus, in eā,
 quam ad concives suos pro Pace habuit, oratione ad-
 miratus legitur, quod neq; senes adhuc meminerint,
 neq; adolescentes è quoquam audiverint, per eos, qui
 pacem retinendam esse monuerunt, nihil unquam
 Reip. accidisse mali, eos autem, qui bella temerè susceperunt, ipsam
 in multas sæpè & magnas clades conjecisse. Præsentia quisquis *Europa*
 Fata cogitaverit, miserandam ipsius faciem intuitus næ profectò tan-
 to majorem admirandi vel cum stupore hominum perversitatem
 inveniet causam, quanto pluribus eheu! funestissimis exemplis ve-
 ritatem Isocratici adserti confirmatam deprehendet. Causam verò
 neglectus istorum apud plurimos præter & post justa illa divina judi-
 cia qui naturali hominis à lapsu inclinationi majori ad malum,
 quàm ad bonum, & perversis seculi moribus, quibus virtutum nomina
 improbissimè tribuuntur vitiis, adeoque ferocia detestanda honestissi-
 mò magnanimitatis titulo superbit, tribuerit, haud quidquam à scopò
 aberrasse videbitur. Inde etenim accidit, ut omni ævò Principum
 in aulis vix quidquam fuerit frequentius, quàm convenire quasi ex
 omnium sententiâ, id esse eligendum, quod sit è Rep. maximè, sic au-
 tem, tanquam satis jam noverint, quid factu sit optimum, non nisi eos
 audire, qui concionantur ad gratiam; cum tamen deceat publicam uti-
 litatem spectantes audire eos attentius, qui voluntatibus ipsorum
 adversantur, quàm hos, qui adsentantur omnia. Nam ad audientis
 voluntatem instituta oratio tenebras quasi circumfundit, quò minùs
 id, quod utilissimum, liceat perspicere, Qui verò consulendò veritatem
 adulationi præferunt, nullo modò, quibus consulunt, à sententiâ vale-
 bunt abducere, nisi, quid expediat, evidentissimè demonstraverint &
 in lucidissimis quasi Solis radiis conspicendum exposuerint.

doquidem igitur fieri non potest, ut ulli vel de præteritis rectè judicent vel de futuris prudenter deliberent, nisi contrarias inter se rationes conferant, & æquos utrisque auditores se præbeant, quæ tum de bellorum de pace Prudentium omnis ævi fuerint judicia, in compendiosam Synopsin contrahere haud abs re fore existimo. Pacis verò & concordia inter Supremas mundi Potestates amorem ac studium commendandi, bellum contrà dissvadendi, argumenta cum innumera, eaq; gravissimi momenti, passim occurrant, quæ omnia hîc recensere nimis futurum esset prolixum, aliqua saltem in hîc discursu partim *generalia* ad omne bellum & omnes populos Christianos accommodata, partim *specialia* bellum ob speciales quasdam dissuasura circumstantias, breviter consignare & secuturis *de componendô bellô ac reducendâ pace* Dissertationibus præmittere placuit, tum, ut iis inter se collatis, quod nã alteri præstet ac quantum, appareat, tum, ut quàm egregiam, laudabilem ac humano generi salutarem, operam præstent, quicumque ad pacem promovendam ac reducendam curas & cogitationes, studia item sua atque consilia, pro virili fideliter convertunt, inde reluceat.

§. II. Primum autè non immeritò, (loquor enim nunc ad eos, qui in Christiano Orbe nati, educati, eruditi, divinisq; scripturis & sanctorum doctrinæ innutriti piè præsumuntur,) locû tribuimus *divino* de pace amandâ *præcepto*. Sic enim per Apostolû *Rom. 12, 18.* ut quantum fieri potest, quantumq; in nobis est, cum omnibus pacem quæramus atq; servemus, ipse noster Salvator & Pacis Auctor, *Christus*, edixit. Quod præceptum uti privatim singulis, quidè concordiam commendat, ita non minus perspicuè publicam pacem servandam Principibus ac Regibus inculcare, satis superq; ex sequentibus erit manifestum. *PACE* liquidem *nos Dei spiritu regi* testamur, ceu *Gregor. M. Pastor. Cur. P. III. admon. 23. p. m. 1237.* inquit: *Discordes admonendi sunt, ut certissimè sciant, quia quantis libet virtutibus polleant, spirituales fieri nullatenus possunt, si uniri per concordiam pacis negligunt. Scriptum quippe est: fructus a. spiritus est charitas, gaudium, pax. Qui ergo servare pacem non curat, ferre fructus spiritus recusat. PACE in numerum beatorum filiorum Dei evehimur.* eodem Apostolò dicente. Quòd si autem (uti benè colligit *Wilh. Stuck. in Irene Gallica*) beati sunt amantes pacis, mites & misericordes, teste & auctore *Christò*; ab omni odiò, inimicitias,

citiis, discordiis, bellis, crudelitate, sævitia & vindictæ cupiditate prorsus abhorreamus & abstinemus oportet. *PACE* Deo ipsi & sanctis ejus Angelis similes efficimur. His etenim, ut eleganter *S. Gregor. Nazianz. in Orat. I pro Pace p. m. 422. Edit. Paris. p. 1583.* nihil tam proprium est, quàm pugnas & dissidia nescire. Nam nec in Deitate dissidium est, quemadmodum nec solutio (dissidij quippe filia est solutio) verùm adeò & secum ipsa & cum inferioribus rebus concors atque pacata est, ut præter alia, imò ante alia omnia, quibus Deus appellari gaudet, hæc quoque prærogativâ nuncupetur. *PAX* enim & *charitas* & id genus nominibus appellatur (Eph. 2. 1. Joh. 4.) quò videlicet per ipsa quoque vocabula nos admoneat, ut has virtutes tanquam Deum sequi studeamus.

§. III. Nec spiritualia tantùm & æterna illa bona pacificis divina benignitas promisit, sed & tēporalib⁹ abundè illos donare ac beare solet, ita, ut pacem si dixeris, cornucopiæ ostenderis, vel, ut *Isidor. Pelusiot. Epist. 284.* omnium humanorum bonorum segetem & fundamentum. Tantum etenim bonum pax est, ut etiam in reb. terrenis atque mortalibus, nihil soleat gratius audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil possit melius inveniri, *August. de Civ. Dei q. 19. c. 11. conf. Chrysostr. homil. 3. ad Coloß.*

— — Pax optima rerum,
Quas homini novisse datum est, pax una triumphis
Innumeris potior — — ut cecinit *Silius Italicus*,

Et ut non incelebris Poëta, *Sabinus*:

Pace nihil melius, nil Pace salubrius Orbi
Terrarum, cæli qui regit astra, dedit.
Pace Dei cultus, Legumq; verenda potestas,
Et sacra Musarum gloria Pace viret.
Pace frequens affert hymenæus gaudia sponsis,
Educat & castus pignora casta thorus.
Pace suas mercator opes, sua rura colonus,
Possidet, absque metu carpit & hospes iter.
Tunc resonant cytharæ, tunc saltibus apta Juventus
Ad numerum coetū ducit ovante choros.



Utquam plurima alia pacis emolumenta & in universam Remp. & in singulos ejus cives redundantia brevitatis studio jã præteream, de quibus vid. præ aliis *Isocrates in Orat. de Pace p. m. 163. & Gyrald. Syntag. l. I. 31.* Unde emphaticè David Rex Israelitarum fortissimus, quod accuratâ secum pacis & belli comparatione institutâ hujus exosus in solâ illâ felicitatem positam esse deprehenderit, *Psal. 34.* exclamat: *Wer ist der gut Leben begehret / und gerne gute Tage hette? Suche Friede und jage ihm nach!*

§. IV. Quapropter etiam jam ab antiquissimis temporibus invicè se salutaturis *Ebraeis* in more est positum, ut obviam venientibus pacem potissimum apprecentur, *integram* nempe, *perfectam* & *absolutam* eò vocabulò indigitaturi felicitatem atque salutem, quemadmodum *Sacris* etiam in *litteris* vox illa $\text{—} \text{—} \text{—}$ nunc *pacem*, nunc *prosperitatem*, *tranquillitatem*, *incolumitatem*, *integritatem* significat, quippe terrenorum bonorum nullum pace collapsâ potest subsistere, sed omnia non minùs ac subrutò fundamentò ædes, unâ corruere oportet. vid. *Edmund. Castell. in Lexic. Heptagl. p. 3763. & conf. Job. Schmidij Göttl. Friedens condition p. 216. seqq.* Et *CHRISTUS* ipse omnia bona suò meritò adquisita relicturus Apostolis unò ea pacis nomine comprehendit. Unde antea laudatus *B. Gregorius in Epist. ad Eusebium, Archi-Episcopum Thessalon. T. II. Oper. p. 864. lit. G. K. Si quàm magnasit, Frater Charissime, pacis virtus, attendimus, quò à nobis studio sit colenda, agnoscimus. Hanc quippe Dominus & Salvator noster in magnò munere discipulis suis relinquere ac dare dignatus est, ut eos, qui firmitate ei fidei coherebant, per hanc sibi piâ faceret participatione consortes. Scriptum namq; est: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Quisquis ergo Patris heres esse desiderat, filius existere hanc custodiendò non renuat.*

§. V. Jam ad hanc verò, ad pacem puta, si ex adversâ parte bellū composueris, næ protectò non minorem ac inter bonum & malum, inter lucem ac tenebras, interq; ea, quæ à se omnium maximè distant, differentiam facillimè agnosces. Bellum etenim si intuearis, quid, nisi monstrum horrendum, ingens, immane, cui lumen ademptum, aut Lænam malorum, sentinam iniquitatum, cloacam peccatorum, cumulum injuriarum & insolentiarum conspexeris? Quorum malorum
mul-

multas & multiplices clades, diras & duras necessitates, si, ut dignum est, eloqui velim, quamquam nequaquam, sicut res postulat, possum, quis erit proluxa disputationis modus? cum *Augustino de Civit Dei lib. XIX. c. 7.* mihi dicendum est.

§. VI. *Breviter*: bellum nisi necessitas id inchoaverit, justitia autem ac charitas ipsius tum intentione tum executionem adeoq; & initium & progressus comitentur, (quã demum ratione bellum licitum Christianis contra Manichæos, Anabaptistas & Quackerorum colluviem demonstrari potest (1) ex scriptura, ubi Deus bellum præcepit Judic. 3. 1. Reg. 15. adjovit, Exod. 17. Jos. 10. 2. Maccab. 10. & c. 15. nec in N. Test. interdixit Luc. 3. & c. (2) exemplis Sanctorum Abrahami, Moysi, Josuæ, Gideonis, Simsonis, Davidis, Josiæ, Maccabæorum Centurionis Matth. 8. & Cornelii Centurionis; (Sic docet Basil. fuisse multos sanctorum in Castris Gentilium post Christi adscensum) Piorum it: Imperatorum Constantini M. Theodosii, Valentiniani, Caroli M. S. Ludovici & c. (3) ratione, quia aliter Resp. defendi aut salva conservari nequit, (4) testimoniis Patrum, Tertulliani, S. Gregor. Nazianzeni, Chrysostomi, Ambrosii, Augustini, Gregorii M. Bernardi & c. denique (5) omnium saniorum Theologorum & Politicorum consensu) & spiritualibus & corporalibus, & æternis & temporalibus, bonis nos privare est aptum. Crudelitate namq; & feritate animi, ambitione, avaritia, iracundiã, bellum sectantes (hæ scilicet faces illæ sunt, quibus Satanus discordiarum amorem in cordibus vanorum hominum accendit!) non Dei, sed Diaboli sub vexillò militant. *Ex Angelis autem is, qui seditionem concitare ac supra dignitatem suam sese efferre, cervicemq; adversus Dominum Omnipotentem attollere atque, ut Scriptura testatur, supra nubes sedem sibi ipsi excogitare ausus est, dignas arrogantiam suã pœnas dedit, lucis loco tenebris mulctatus, aut, ut verius loquar, à se ipsò caligo effectus; reliqui verò in suã dignitate perstant, (cujus primum illud est, quòd pacati sunt ac dissidij expertes) quippe qui à S. & laudanda Trinitate hoc acceperunt, ut unum sint, quemadmodum & ab eadem illuminationem acceperunt. Nam & illa Deus unus est & creditur, non minus propter concordiam, quam propter essentiam. Itaque omnes ii, qui pacis bonum amplectuntur, eiq; contrariam discordiam & seditionem infensè ode-*
runt

runt, ad Deum & divinas mentes accedunt, contra qui iis sunt moribus, ut pugnis gaudeant ac novitate famam captent, atque in ignominia sua gloriantur, adversæ partis sunt. Nam ille quoque tum multiplici specie tum vitiosis per motionibus & secum ipse pugnat & at ab initio homicida bonis odio percitus, hoc ipsum in alijs operatur. Gregor. Nazianz. d. l. p. m. 422. Porro si beati sunt, quemadmodum Christus edixit, amantes Pacis, mites & misericordes, inde utiq; constat, miserrimos esse pacis osores, homines immites & immisericordes, quos manent non temporales solum sed etiam æternæ miseria. Et si, ut idem testatur, pacis studiosi filij Dei vocabuntur, & mites terræ, terræ autem illius viventium, h. e. cæli, erunt heredes, & deniq; misericordes misericordiam DEI consequentur, oportet contra, ut pacis osores belliq; amatores non Dei, sed Diaboli, filij appellandi sint & homines immites cælesti hereditate privandi & denique immisericordes & inclementes divinæ misericordiæ, atq; ad eam æternæ salutis, futuri expertes juxta Jacobi verba: *Damnatio absque misericordia erit ei, qui non præstiterit misericordiam*, ut idem laud. Stuck. l. c.

§. VII. Quòd si verò ulla calamitatum, quæ homini possunt accidere, commiseratione digna fuerit, belli sanè miseria est.

*Quippe ubi fas versus atque nefas — — —
Tàm multa scelerum facies, non ullus aratro
Dignus honos, squalent abductis arva colonis
Et curvæ rigidum falces constantur in ensem*

ut Virgil. Lib. 1. Georg. habet. Ubi commercia jacent, negotiationes quiescunt, pecudes abiguntur, agricultura deseritur, vici exuruntur, civitates florentissimæ exscinduntur, virginum atque viduarum nullæ, aut tristes admodum funestæque sunt nuptiæ, ut Melch. Junius in sua *de Pace Orat.* 1. p. 3. T. II. loquitur. Audiamus etiam ipsam nostram Germaniam ante triginta circiter annos miserrimè per *Deputatos Circuli Franconici ad Imperat. Ferdin. III.* tq. Patrem Patriæ optimum ap 1644. conquerentem: *Des H. Róm. Reiches elender bekümmertlicher/recht trübseliger und hochgefährlicher Zustand ist mehr zu beweinen als zu beschreiben. Die media, wodurch vorzeiten dem H. Róm. Reich/wenn es in Gefährlichkeit gerathen / rühm- und glücklich nachgeholfen worden/versinken/Recht und Gerechtigkeit / wodurch die Regimenter gegrün-*
det!

det/ und ohne dieselben nicht bestehen können/ liegen darnieder / und haben dargegen Gewalt und Ungerechtigkeit über Hand genommen / Gottes Häuser / Kirchen und Schulen / welche doch die rechten Plantaria des gemeinen Wesens / und an deren Erhaltung zeitliche und ewige Wohlfahrt gelegen / seynd erbärmlich verwüestet und beraubet / hat auch damit noch kein Ende / GOTTES Ehre wird je länger je mehr erschrecklich gelästert / viel unschuldiges Christenblut wie Wasser vergossen / Frauen und Jungfrauen werden geschändet / die Länder fort und fort in Grund verherget / depopuliret / und fast von aller Menschafft / darinn gleichwohl des Heil. Römischen Reichs Macht bestehet / entblößet / Handel und Wandel verhindert / gesteket und aufgehalten / Städte / Schlöffer / Märckte und Dörffer in die Aschen geleyet / gute Policeny vernichtet / alle Krieges-Disciplin ist verfallen / Fürsten und Stände werden fast von jedem Kriegs-Officierer / ja gar Soldaten / verschimpffet / auch solche grausame Sünde / Schande / Laster und Untugenden ohne einige Scheu verübet / daß sich über die Langmuht und Barmherzigkeit Gottes höchlich zu verwundern / die armen Leute bleiben gequälet / geängstiget / und ihr Schweiß und Blut wird absorbiret / ruffen und schreien / weil sie sonst keinen Erbarmer / Trost und Rettung auff dieser Welt finden können / zu Gott Tag und Nacht ohne Unterlaß mit inniglichen Seufftzen / und bitterlichen Weinen umb Hülffe.

Theatr. Eur. P. V. p. 587. conf. Dedicacionem Partis VI. Th. Eur. p. 3. At verò hodiè penitus gravitate mali tantùm non oppressa vix spiritum ducere, nedum eloqui nefanda hujus incendiarii & plusquam Turcicà barbarie plenissimi belli in Alsatia, Palatinatu, ap. Treviros, Nemet. & alibi perpetrata facinora, valet.

S. VIII. Rectè itaque Grotius *de Jure B. & P. lib. III. C. XXV. §. 2.* concludit, in tota belli administratione non posse securum & DEO fidentem animum retineri, nisi semper in pacem prospectet. Et gravissimè B. Dn. à Thumbshirn in *Monasteriensi Conventu Anno 1647.* Gott verflucht in seinem Worte die jenigen / welche über der andern nohtleidenden Leute Elende sich nicht erbarmen / und den Frieden hassen. Das möchten nun diejenigen wol consideriren / welche das Friedens-Werck vorsehlich auffhalten. *T. V. Th. Eur. p. 282.*



Pacem ut Augustin. in Epist. ad Bonifac. Comit. n. 207. habere debet voluntas, bellum necessitas.

§. IX. Nec Divina solùm ira atque vindicta Pacis osores certissimè & atrocissimè sequitur, verùm etiam omnium bonorum aversatio, odium, opprobrium atque infamia, illos comitantur. *Pestilentia similes*, qui non aliud, quàm occidionem populorum, desolationem urbium, meditantur, dicebat PHILISCUS ad Alexandrum ap. *Aelian. lib. XIV. cap. 2.* & STEPHANUS Medicus ad Cosroën, Persarum Regem: *Tibi, Rex Maxime, in cadibus & pugnis & urbibus subigendis occupato alia fortè nomina contingant, BONUS autem ut per hac credaris, fieri nequit* ap. *Procop. Persicor. II.* PLINIUS post relata Cæsaris Dictatoris prælia se non adduci potuisse fatetur, ut in gloriâ poneret tantam, etsi coactam, humani generis injuriam. *Lib. VII. c. 25.* ARISTOTELES non semel accusat Gentes, quæ bellicas actiones sibi pro fine proposuerunt. *Tyrannen/ Bluthunde/ Wütteriche/* monstra hominum, sunt bella illa nomina, quæ ex bellorum libidine nascuntur. *Derohalben/ ut Consiliarii Borussia Provinciales* ad Sereniss. Electorem: *nicht der / so viel Land und Leute an sich bringet / sondern der sein Land und Leute Christlich und wol regiret / nicht der seinen Feind durch die grausamen Waffen dahin bringet / daß Er sich demütigen und den Frieden suchen muß / sondern der bey seinem grossen Glücke den Frieden ausbent / und begierig darnach trachtet / derselbe wird vor Gott und aller ehrliebenden Christlichen Nachwelt Ruhm und Ehre erlangen.* Nam, cum regia potestas omnia permittat, semet retinere ac divinam Legem actionibus suis Ducem præficere egregiū est prorsus ad famam & Gloriam.

§. X. Tàm in gloriâ itaque re, imò prorsus abominandâ, ut bellum est non necessarium, delectari, istamque appetere quid aliud quàm, ut cum ratione insanire videaris, efficere? *O si intelligerent Principes & Magnates, quantum malorum cumulum & sibi & domibus suis illò die attraherent, quò bella suscipiunt, crediderim, imò affirmare ausim, fore, ut non solùm à suscipiendis illis supersederent, sed ne familiarium quidem ullum illorum meminisse paterentur, aut si quis contrarium suaderet, ut hostem tractarent summò jure capitalem.* *Guevart. Horol. Princip. Lib. III. c. 14.* Dementiam itaque rectius,

us, quàm prudentiam, temeritatem, quàm generositatem, illorum admirari oportet, qui gloriam, regni amplitudinem atque divitias, injustis armis se paraturos autumantes *Æsopico cani* similes umbram pro carne amplecti non dubitant. Sit enim tanta licet nonnullorum pertinacia atq; improbitas, ut omni pudore decocto, omni erga Deum & homines reverentia soluti honestatis, justitiæ aut pietatis, nullum ampliùs habeant respectum, saltem tamen utilitatis & salutis certioris studium commendare ipsis, nisi omnem profus humanitatem & cum illà rationem exuissent, deberet INCERTI bellorum EXITUS cogitatio. Nam profectò quidquid ubivis divina humanaq; sapientia traditum annotatumq; est, incertos Futurorum eventus pro certis exploratisq; haberi vetat, præsertim, cum hac Divina Majestatis excepta sit auctoritas, variare, quantum velit, momenta rerum & ex unaquaque causâ quosvis eventus cum admiratione atque stupore hominum producere. Primam igitur prudentiæ partem haud immeritò quis dixerit, nihil eorum, quæ futura sint, pro factis ducere; sequentem, id maximè futurum esse credere, quod evenire plerumque soleant, cujusq; adsint eæ causæ, occasiones, instrumenta, tempora, quibus hujusmodi eventus ut plurimum orientur, eleganter Freinshem. Orat. XIII. p. m. 211. Ignorare igitur oportet, qui rerum à se gestarum magnitudinem extollunt & vanâ prosperorum fiduciâ ducuntur, belli fortunam, cujus mos est prospera vicibus largiri. Unde *Aristoteles* sedulo arma sumtuos cogitandum monuit, quàm multæ quàmque improvisæ in bellò mutationes soleant accidere. Des Krieges ungewisser Ausgang aber / daraus folgende Effecten, besorgliche Zufälle / eines Theils der Nachbarn interesse, intentiones, opportunitates, seynd solcher kräftigen Wirkung / die Gedancken zum Frieden und Friedens Tractaten zu intendiren / daß / wer solches nicht thut / möge billich nicht allein für einen Unvernünfftigen und Unbedachtsamen / sondern auch für einen Menschen kaum gehalten werden. Ita sapienter Regni Sueciæ Cancellarius, magnus *Oxenstirna*, in literis ad Senatores Regni Daniæ Ann. 1633. vid. *Theat. Eur. T. V. p. 218.* Quà quidem utique in causâ consentientem habuit *Hannibalem*, belli Ducem suâ ætate expertissimum. In bellò, inquit enim, ille ap. *Livium*, *varia mutationes ac vicissitudines*



ciffitudines in rebus mira occurrunt, & insipientis est & rerum humanarum prorsus ignari, qui fiducia presentium successuum elatus nimis altum sapit. Sape enim vesper negat, quod aurora pollicebatur. Imò nulli unquam Genti tam felices in bellò successus fuisse, quin pax eide fuerit utilior, dudum Dionys. Halicarn. notavit. Modum proinde rebus imponere secundis, nec nimis credere serenitati fortunæ presentis, hominis prudentis est & meritò felicitis. Et tantum utique abest, ut socordiae aut pusillanimitati dari possit pacem facere, etiam, cum victoriam quasi in manibus habemus, ut potius modestiae & humanitati hoc tribui mereatur.

S. X. At verò Amicorum copiam & cum potentibus inita quis mihi objiciat F O E D E R A, indeque firmum spei de futuris certæ fundamentum peti posse contendat. Fallitur, qui nimium in illis confidit. *Exempla* huc referenda facile & affatim occurrent cogitanti vel presentia saltem tempora. Nam, ut præclare diserebat Legatus Brandenburgicus ad Belgas: *Einmahl wird es wol gewiß bleiben / daß die jenigen / welche so viel contraire Interessen untereinander haben / lang ohne Broullerien werden bestehen können: Ich geschweige / daß die Zeit so viel Veränderungen mitsich bringet / daß solche Stipulationes oft nicht mehr / als ein Magnum inane & grande nihil in effectu sein.* *Diar. Europ. P. 1. p. 1.* Hinc Albanus Dux, referente Stradâ de bellò Belgicò, cum copias hostium & tot Principum ac Regum contra Hispaniam conspirationem exaggerari audiret, acutè respondit: *scire se, quantum illud demum fœdus esset, nec magnoperè timendum ab eâ rebellium conjuratione, contra quam Rex fœdus longè majus inierit. Convenisse enim cum Hispaniarum Rege Reges Neapolis, Siciliae, Sardiniae; convenisse Insubriae Ducem, Burgundionum & Belgarum Principem præter Peruvii, Mexici, Philippinarumque Reges. Hoc autem differre utrumq; fœdus, quòd in illò ingeniorum Nationumq; dissimilitudo & si cætera desint, propria cujusque utilitas dissensionem, mox & dissolutionem societatis, esset allatura; in hóc omnibus lubere, quod uni lubeat, eòq; æternum fore. Acutissimi sanè, ut vulgò putatur, ingenii ille Politicus Florentinus ita de illis mentem suam exposuit: Si inquit, res eò devenit, ut non nisi auxiliariis se defendere quis possit militibus, cum hoste quocunq; tandem modò pacisci & delatas pacis condi-*

conditiones acceptare, quàm hujusmodi quærere refugia, longè satius est. Auxiliares enim copias & si semel profuerint, multoties tamen postea nocuisse ex priscis & recentibus exemplis deprehendimus. Præterea cum ille, qui ex pluribus primus pacis consilia inicit, meliùs plerumque, quàm socii, quos deserit, rebus suis possit prospicere, semper Fœderatis metuendum, ne occasione oblatâ casus istiusmodi contingat. Wir wünschen / daß die Herren solches nicht / als dieses Reich gethan hat / versuchen und erfahren mögen / wie viel man sich auff Allianzen verlassen dürffe. Dani olim inquiebant ad Suecos. T. V. Theatr. Europ. p. 486. Quantumvis igitur, quia in bonum virum non cadit suspicio, multò minùs in Principem aut Remp. quorum æstimatio & dignitas potissimum ex fide servata dependent, & firma imprimis fœdera censentur, ubi commune, ceu loquuntur, interesse locios conjunxit; nullam pactis fidem tribuere haud deceat; justi quidem fuerit, quod semel placuit, quamdiu debet, omnibus viribus accuratè & fideliter observare, at prudentis, non nimium in illis confidere, sed maximâ in Deo collocatâ fiduciâ res suas ita disponere, ut illè amicis constantibus promoveantur, improbè deferentibus non corrumpantur. Paucis: amicos Princeps Christianus nullatenus deferat, desertus ne concidat, maturè sibi caveat. Ead. verò incertitudo successuum ex omni reliquò apparatu bellicò, utut maximo, relucet; prout ejusmodi exemplis pleni sunt omnes Historicorum libri & Annales. Nam certè si ulla est res, quâ præpotentis DEI ad iram animus poenasque inflammatur hæc profecto est, cum videlicet non precibus, sed arietibus, non supplicationibus, sed cudonibus, non votis, sed sclopis, non cœlitibus, sed equitibus, non denique divinis, sed humanis solum, auxiliis freti arma homines induunt, bella movent, & quidem ejusmodi, quæ intermittere multò honestius atque utilius fuerit.

§. XII. Credunt equidem nonnulli, opes suas & dignitatem pace imminutum seque exoptatis victoriarum præmiis privatum iri: Sed illi, si attentè considerent, summæ amentix, ita opinante Isocrate l. c. p. 162. & insanix damnabunt eos, qui injustitiam lucrosam esse putant, & alienas urbes vi tenent, neque considerant, quantæ calamitates consequi soleant. Nam ponamus, omnia suc-

cessura ex votò, teque cum *Alexandrò* illò Orbis raptore victorem futurum & Triumphatorem populorum, quorumcunq̃ue volueris, an verò, quæso, sic partis te quietè ac diu usurum & fruiturum existimes? Quod credendi si nullam idoneam rationem potes perspicere, ecquid tandem emolumentum veri & nomine digni ex perpetuò inquieta tuitione & mox rursus amittenda possessione partorum cum justò metu plura etiam perdendi de propriis conjunctâ percipies? (Ut taceam molestias, pericula, damna etiam necessaria, quæ rarò, certè serò semper, occupatis terris æquè compensantur. Maximè si ex suis opibus quis Exercitibus teneatur de supplementis, stipendiis, com meatibus &c. prospicere, vid. *T.V.Th.Eur.p.481.*) Quid moveat hominem rectâ ratione seduci patientem concupiscere, cujus custodiam infinitis curis atque periculis circumseptam ac propè impossibilem sentit, quod que fortè brevi ex felicissimò infelicissimum potest efficere? Esse enim in Rebus publ. certum quoddam & determinatum adulti roboris incrementum, cui si plusculum adstruxeris, totum illud non tam utilitatem publicam, quam sollicitudinem atque molestiam, augere & oneri magis accedere, quàm viribus, experientiâ edocti dudù annotarunt Prudentes. Verebuntur scilicet vicini primùm, mox & cæteri, ne novarum Provinciarum accessione proximis quibusque correptis ad perniciosam omnibus potentiam victor grassari conaretur. Nam arrogantia, vis, injuria, familiaria potentium vitia; & melius suis opibus, quàm aliorum misericordiâ, tutum esse judicabunt. Unde non tantùm ad priorem fortunam redigendi sed multò etiam debiliorem efficiendi, quàm fuit unquam, studium orietur. Exempla quondam in VENETIS, qui, cùm rebus ad vota fluentibus ad universæ Italiæ dominationem animos adjecisse crederentur, conspiratione *Julii Pontificis, Caesarisq̃ Maximiliani & Ludovici Galliarum Regis* sic oppressi sunt, ut, nisi rationem maturè placandi Papæ reperissent, opinione omnium de pulcherrimâ florentissimaque Rep. (cui non citiorem, quàm habebit Orbis universus, interitum seriò precamur!) ut quidem *Freinshemius d.Orat.13. p.192.* observavit, penitus actum fuisset. Postea in HISPANIS. Ecce enim *Sueci, Galli, Germanorum pars melior, Batavi,*

Batavi, Lusitani, Catalauni, sed & Italorum nonnulli unum omnes in Hispanum quàm maximis poterant viribus animisve ibant, quos tot tamque longè diffitos populos non sacris conjunctos, non lingua, non moribus, hanc in Studiorum armorumque societatem non aliud contraxerat, nisi formidabilis omnibus Hispanicæ magnitudinis terror. Nunc ipsum in GALLIS & SUECIS, cum quibus utique jam eadem, quæ antea cum Hispanis, mutatâ saltem rerum & personarum facie, luditur fabula. Videret igitur, haud frustra *Scytharum Legati* admonebant *Alexandrum*, ne, dum ad cacumen pervenire contenderet, cum ipsis ramis, quos comprehenderit, decideret. Leonem quoque aliquando minimarum avium pabulum fuisse & ferrum rubiginem consumere, nihil tam firmum esse, cui periculum non sit etiam ab invalido. ap. *Curt. Lib. VI. c. 8. p. m. 354.*

§. XIII. Præterquam quòd non minus timendum sit à recenter subactis & invitè subjectis, quàm ab apertè hostibus extraneis; nisi aut metu aut charitate retineantur in officio. *Charitas* autem frustra sperabitur ab illis, qui multis à seculis libertati adsueti exterorum imperata facere cogentur, quibusque præter veteres odiorum causas nova, eaque gravissima, & una omnibus æquiparanda, causa indignationis & odii accessit, servitus. *A metu* igitur necesse erit petere præsidia. Sed quomodo? *Aut perpetuum alendo Exercitum*; at verò si *modicus* is fuerit, metuendæ *Vesperæ Siculæ*, & nedatâ operâ videatur inter infensos infestosque destitui ea copiarum pars, quæ & incolumis ad retinendum subjugò duras cervices parum habitura esset virium & intercepta nimium damni Reip. datura. Si verò *magnum* & numerosum ergo eò deducendum dixeris, quæso quos fructus pacis percipies, belli incommodis, ut sunt delectus continui, optimæ juventutis in alienas terras emissio, ærarii per sumtus incessanter faciendos exhaustio, perpetuò manentibus? *Aut*, ut aliis Nationum domitoribus antiquis visum, *locis idoneis disponendò colonias*: Verùm, an ignoras, *Lavinium* olim eversum esse per Albanos, *Albam* per Romanos; *Syracusas* Corinthò, *Carthaginem* Tyrò, *Massiliam* Phocæâ, *Cyzicum* & *Byzantium* Miletò, filias matribus potentiores factas? Unde
Velle.

Vellejus Paterculus in LL. Gracchi inter perniciosissima numerat, quòd extra Italiam colonias posuerit. Et numne, ut antiqua præteream, recentiora ex Indiâ, quæ interdum afferuntur, nuncia probant, quanto intolerabilius victis gentibus coloniarum istud iugum est, tantò intentiùs ipsas plerumque incumbere in illarum perniciem, excidiumque invisarum sedium vi, fraude, quacunque demum ope possunt, moliri? vid. omninò de coloniis ab Hispanis, Lusitanis, Anglis, Gallis, Belgis in Americam deductis Bœcler. de potent. civit. p. 357. Dissertat. Aut quid obstabit, quod nos certos reddat non eventurum, quod de coloniis ad Orientem ab Alexandro collocatis Historicus pronunciat, originis suæ oblita serviunt, quibus imperaverant? Quod igitur diversis temporibus artibusque sæpissimè tentatum infelices exitus plerumque habuit, id similibus causis existentibus prosperè nobis successurum non temerè credendum. Solent quidem spes hominum fortunæ blandientis obsequiis mirè confirmari, augeri etiam paulatim & ad majora subinde concupiscenda animari: sed tamen, ubi prudentiæ locus adhuc relictus est, inconsultæ fiducia ratio renititur & in rebus incertis timorem à se, quàm spem, frustrà conceptum esse mavult. Laud. Freinsh. d. l. p. 200. seq.

S. XIV. Quæ omnia exactissimè confirmat à *Sullao* Regi Galliæ *Heinrico IV.* & ipsius posteris datum & magnâ prudentiâ exornatum consilium de rejiciendò amplificandi regni studiò. Quod cum eventus sæpè demonstraverit verissimum & ad nostra hæc tempora optimè accommodari posse videatur, non possumus non illud ex ipsius relationibus huc transferre. *C' est une chose, inquit, de grande consideration, laquelle per consequent merite bien, que vous n' oubliez pas, & eut este besoin, que quatre d' entre six de vos dernieres devanciers Rois de France l' eussent bien sceu & bien practiqué, & que ceux, qui viendront apres vous, en fissent leur profit. Je supplie à vostre Majesté de se resouvenir d' avoir ouy dire à d' autres & à moy, qu' il y eust dès y a long temps, des Princes & Seigneurs de France d' Esprit, de jugement & de courage, lesquels par des moyens pour des causes & des raisons trop longues à reciter, incantirent ou chasserent hors de France tous les descendans de la se conde ligneé des Rois d' icelle, pour en former une troisiésma en eux & leur descendans, de laquelle Vostre Majesté est venuë*

venue. Or leurs exquisés prudences leur faisant apprehender de mal estreindre en trop embrassant, les fit resoudre a ne penser du tout plus de pouvoir rejoindre a l' Estat Francois ces Provinces esloignees & ces grandes & vastes estenduës de pais, qui en avoient autres fois esté des Principales parties, pour ce, que les ayans recognües tousjours litigieuses, elles avoient tousjours enveloppe & embarrassé les Rois de France dans des guerres sans honneur sans Profit & sans fin. Comme aussi n' y a-il point de doute, que toutes conquestes, qui demeureront litigieuses & disagreeables aux peuples, ne soient de telle nature, que celuy, qui les fait, se trouve obligé a tant & de si grandes despenses, que non seulement il n' en tire aucun profit, mais est bien souvent contraint de manger & sacca-ger ses biens & sujets legitimes & paisibles pour conserver la possession de ceux, qui ne luy appartiennent peut estre pas, ne faisant plus, que deux desseins principaux. Le Premier, de ne vouloir donner à leur nouveau Royaume, que les seules bornes & limites de Provinces appartenentes aux Princes, Estats & peuples, qui les avoient esleus & volontairement & gayement recognus pour souverains; & la seconde, à fin de rendre les plus puissans interessez en leur establissement Royal de leur distribuer des meilleures Provinces de Royaume en propriété hereditaire, sans reserver autre chose, qu' un hommage, lige & de reconnoissance de la couronne pour Souveraine. Tellement, que leur mesme experience & prudence leur faisant en mesme temps reconnoistre, que leur Royaume legitime-ment & suffisamment establi (puis, qu' avec le consentement universel & la volontaire submission & obeissance des trois Estats d' iceluy) estoit de tant adavantageuse situation, d' une si belle estenduë de terre tenant, & de proche en proche si abundant en Noblesse, Soldats & peuples, si fertile, plantureux, & tousjours si propre à enrichir & de plus en plus ameliorer quelque grand Prince, que c' est pust estre, & ambition, qu' il pust avoir, il avoit moyen de s' en contenter, s' il vouloit se faire estimer sage. Toutes les quelles considerations leur firent poser pour maximes d' Estat, a observer à leurs successeurs, de ne s' embarrasser jamais dans les conquestes estrangeres, qui ne peuvent estre propres, qu' a les constituer en des despences furieuses & sans fin, a leur attirer l' envie, la jalou-sie & la haine de leurs voisins, (qui ne craignent rien, que le voisina-ge d' une insatiable ambition) à les retirer des douces penseés d' ameliorer
C leur

leur Royaume & regir amiablement leurs peuples, & se contenter d'essayer a pouvoir rejoindre en propriété au corps d' Estat les pieces & membres, qu' ils avoient esté contrainctz d' en separer, pour faciliter leur installation a la Royauté. Et encor quelques Rois, comme Louys septiesme, Philippes Auguste & Louys le saint, ne laisserent pas de vouloir conquerir au loin, si ne servirent ils, qu' a confirmer la sagesse de ce conseil, d' autant, que les entreprises de ces trois Rois suivans ayant tenu tous semblables desseins pour dommageables en essayant d'imiter Philippe Auguste, qui leur avoit si bien tracé le chemin, ils se sont attachez au seul dessein de la reunion entre des membres au corps, a laquelle ils sont finalement parvenu, quoy qu' avec grande longueur de temps & infinies difficultez. Les premieres, qui l' entreprendrent, y ayans trouvé de grandes oppositions a cause des puissances des Ducs de Guyenne, Normandie, Bretagne & Bourgogne & de Comtes de Provence, Toulouse, Flandres & Champagne, lesquels en recognoissant pour souverain se vouloient tousiours maintenir en leur propriété hereditaire, dont ceux, qui ont fait de plus de bruit & de mal, ont esté la Normandie & la Guyenne, a cause, qu' elles entrerent dans la succession du Royaume d' Angleterre contre les Rois, du quel pais ceux de France ont esté en de longues & fascheuses guerres.

S. XV. Intellexerunt salutaria suprâ commemorata monita etiam & secuti sunt Augustus Rom. Imp. tantus, quantum noverrunt omnes, qui cum multas præterea gentes adjicere Romanis Provinciis nullò fermè negotiò posset, non modò ab iis subigendis abstinuit ipse, sed etiam moriens consiliùm coërcendi intra terminos Imperii, ut Tacitus loquitur, reliquit successoribus; post eum HADRIANUS tres Provincias nobiles, Armeniam, Mesopotamiam, Assyriam cum omnibus ultra Euphratem ac Tigrim regionibus opulentissimis & magnò labore multisq; expeditionibus per Trajanum domitis populis Persarum concedens Imperio, exemplò, ut agebat, Catonis, qui jam olim Macedonas liberos pronunciaverat, quia teneri non poterant: DIOCLETIANUS, AURELIANUS, aliique, qui omnes imperii gloriæque magnæ ita erant avidi, ut nunquam pedem unum relicturi fuissent, nisi jam impletum esse magnitudinis suæ modum, & quæ insuper accessissent, non modò nihil ex

te



se præbere commodi, sed eam quoq; utilitatem, quæ ex cæteris percipoterat, corrumpere animadvertissent. Ut taceam CHINENSES, populum Orientis ut sagacissimum ita incredibilis opulentia ac potentia, cæterosque, de quib. vid. Freinsb. l. c. p. 190. seqq.

§. XVI. At quòd tamen neque vetera neque recentiora sive monita sive exempla Regum & Principum nonnullos sequi videamus, quò minùs miremur, in senectute sapientissimi Regis Hispaniarum Philippi II. in testamento suò præscripta Filio doctrina efficit, causam neglectorum salubriorum consiliorum juvenili fervori in experta ambitionis adsignans, & seqq. eleganter demonstrans, qu' il n' y a rien si difficile à regir, que des chaudes affections d' une jeunesse ambitieuse & cupide d' honneurs, n' y a dompter, que l' orgueil d' une haute domination, que la Fortune caresse & favorise de ses heureux succes, & comme l' Empereur, mon Pere se voyant encor en plus bas aage, que le vostre, succeder comme vous (parlant à son Fils) a tout de Couronnes, terres & Seigneuries, & en suite avoir esté peulapres (malgré toutes les pratiques & mées des plus grãds Roys & Potestats de la Chrestiente) esleu & choisi pour Empereur entre les Chrestiens, il devint fort plausible a cet admirable & genereux esprit d' entrer en une Specieuse esperance de se pouvoir rendre non seulement Monarq. d' Europe, mais aussi par la reuniõ des Estats d' icelle passer plus outre (comme c' estoit là sa devise) & entreprendre la destruction des infidelles. Vous apprendrez encor, que ce grand Prince rencontra en fin de telles cõtrarietez a ses hauts & magnifiques desseins, qu' ils se trouvent melangez d' autant des hontes & dommages, qu' ils avoient eu de gloire & d' avantage en leur principe, de quoy il conceut de tels chagrins & despits, qu' il se resolut de chercher hors des dominations terriennes, entremises & demeslemens d' affaires du monde, le repos du corps & tranquillité d' Esprit, qu' il n' avoit peu trouver en icelles; il se desmit (estant encor fort sain & vigoureux) de tous ces Estats en ma personne & me donna de tres bons & salutaires enseignemens, si je les eusse bien sceu mediter, gouter & mettre en usage & pratique en temps & lieu. Mais l' audace ambitieuse, d' une jeune Royauté, que tout le monde enflait du vent de milles belles esperances, a laquelle nul n' eust ose dire une verité desagreable. Les glorieux succes d' une favorable fortune & deux batailles gaignees les premieres annees de mon regne m' alienèrent l' esprit non seulement des enseignemens de l' Empereur mon Pere,



(Lesquels me prescrivent sur tout de n' aspirer jamais à la Monarchie de la Chrestiente, comme chose, que l' experience luy avoit appris estre impossible à aucun des Rois d' icelle de pouvoir parvenir,) à cause des diversitez de Religions, qui rendent dles peuples trop ostinez contre un Prince de contraire creance à la leur, les legeretez & inconstances d' iceux, lesquels leur font desirer les choses nouvelles, & ennuyer des presentes, le nombre infiny des grandes & fortes villes, & l' aguerrissement universel, auquel s' entretiennent toutes les Nations de l' Europe, mais aussi de toutes pensees & cogitations pacifiques & tranquilles, tellement, que je me jettay soudain dans les hautes mers de toutes sortes d' extravagans & desseins, parmy les flots impetueux, desquels il m' a depuis esté impossible de pouvoir trouver laucun Port, Havre, Calle ny abry certain, les hautes entreprises, peines & soucy d' icelles, s' entresvivant & tirant generation les unes des autres dans mon esprit, ainsi, que font les ondes bruyantes de l' Ocean, agitez de vents contraires, estant maintenant contraint de confesser par la verité des choses par le succez d' icelles, biē esloignez de mes atents &c. vid. omnino. T. II. des Memoires du Sully. p. 410. seqq. Hæc igitur qui apud animum Princeps perpenderit, benignæ in præsens fortunæ reputatio quid aliud apud ipsum valeat, quàm ut tantorum Regum & virorum fidelissimis omnique sinisterioris affectûs suspicione vacuis monitis potiùs, quàm ferventibus suæ ambitionis motibus, concedens non ad aleam omnia quærendi perdendive, sed ad illius præsentis felicitatis fructum prudentiâ & pace firmandum dirigat consilia? ut bonis potiùs rebus suis daret pacem, quàm mutatis forte rerum vicibus acciperet.

§. XVII. Sed pergendum porrò ad SPECIALIA nonnulla pacem sectandi & suadendi argumenta, ex quibus non postremum à TURCA & infidelibus imminens periculum, quod solum ad parciùs dispensandum vitas Christianorum, sanguinemque potiùs ad communis libertatis salutisque defensionem reservandum, quàm in ultionem privatarum injuriarum & Imperii, proferendi cupiditatem effundendum, satis momenti meritò deberet habere. vid. Grot. de Jure B. & P. Lib. II. c. 15. §. 12. Sed procul à nobis Turca, multa priùs expugnanda ipsi erunt, quàm ad nos perveniat, unus forte altervé dixerit: At idem quondam creditum est à Constantinopolitanis, Trapezuntinis, Illiriis, Achaicis, Peloponnesiacis nunc omnibus & singulis suam per se-
cure-

curitatem atque periculi contemptum Turcæ subjectis, quàm velox hoc malum sit; quàmque brevi tempore queat ex remotissimis locis ad ulteriora progredi, *Mahomedi Amuratis Filii* historia, à quò uno quippe 2. Imperia, 12. regna, 200. urbes insignes, Christianis adempta sunt, docebit. Illas verò vires quantum per annos propè 200. tot frequentioribus victoriis auctiores factas credere fas est? Sed fortè nescit iis uti, aut voluptatibus otioq̄ delectatur, aut diversis aliunde bellis distinetur, aut unam modò Christianam Gentem armis petit, de cæteris non cogitat. Me equidem respondere ad talia tædet; ipsa vel nostræ ætatis ignota nemini experientia loquatur. Excipietur E. animosè, excipies, impetus crudelis barbari, retunderetur audacia, violentia virtute coercebitur. Optimè. Sed pace priùs inter Christianos in itâ pro communi causâ communibus etiã consiliis ac viribus pugnandum est. Singuli enim soli tantæ molis sustinendæ & Hydræ Lerneæ occidendæ impares sunt, restantibus abundè, proh dolor! exemplis. Causam ergo habuisse apparet prægnantem Comitem à Trautmansdorff / quòd hoc potissimum argumentò Gallos ad maturandum pacis Tractatus tunc Osnabrugæ institutos per Mediatores excitare voluerit, *Th. Eur. T.V. p. 999.* Utinam nunc idem & (Gallos, quorum quondam Rex Heinr. IV. tunc adhuc Navarrae tantum nomine clarus eod. argumentò in commendatione intestinæ concordia ad Principes Germaniæ ap. Goldastum in *Politic. Imperial. p. 1322.* usus esse legitur) & cæteros Europæ populos hodiè bello implicitos ad maturandum Tractatus Neomagi instituendos excitaret!

§. XIX. Porrò aliquando Ipsius quoque Hostis Conditiō, si pauper & inops, paxq; haberi possit, parcere sumtibus in bellum suadet. Ur sit hanc rationem strenuè quondam Nicolaus Cardinalis, Papæ ad Suenonem Daniæ Regem Legatus, quem Suetica meditantem bella à proposito revocaturus locorum difficultium, inopis (pro conditione scil. illorum temporum, tot aliorum populorum nondum locupletati thesauris,) regni, infructuosæ victoriae, habitum ipsi ponebat ob oculos. Siquidem ejus militiæ negotium ingens, fructûs exiguos fore, priùsque ei cum vastis & immanibus scopulis, quàm cum hoste, certandum: Quò victò nihil præter ignobilem prædam & sordida spolia victoribus occupandum.



Postremò, cum stolidam Regis perseverantiam consilii sui sapientiam superare nequiret, inertiam quam facetissimè cavillatus est, ut loquitur Saxo Grammaticus. Nam araneam eum amulari dicebat, quæ telarum figmentis cum discrimine vitæ & viscerum suorum egestione consutis quid nisi scarabæos putres & vilia prenderet animalia? Cujus exempli evidentiam aranea regem, militam tela, victoriam venatui conferebat. Ita avidum Ducem exigua rei cupiditate seipsum viribus exinanientem, inutiles bellò delectari monstrabat. Lib. XIV. p. m. 264. Quò etiam tectè collimasse videtur Buchnerus: in Orat. II. ob victoriã Lipsiensem p. 38. Non ad extrema, inquiens, impellenda est fortissima Natio; quidquid aut in fœderib. aut in se virium habebit amplius, tuendo decori gloriaque parte impendet. Quidquid adhuc inter saxa & scopulos educat pubis firma, solida, frigore ac pruinis durata, non luxu, non voluptatib. fracta, hoc omne, quæ ejus constantia atque pertinacia est, armabit. Quæ si defecerit, ipsas rupes & glaciem & illius hybernium Oceanum effundet. **QUA QUIDEM EX RE QUID IN IMPERIUM COMMODI?** Simile quondam responsum Vexoris, Regis Ægyptii, Legati retulerunt à Scythis ap. Justin. Lib. II. Cùm etenim is bellum adversus ipsos moliretur, missis prius Legatis, qui hostibus parendi Legem dicerent, Scythæ jam antea de adventu Regis à finitimis certiores facti Legatis respondent; Miramur, tam opulenti populi ducem stolidè adversus inopes occupasse bellum, quod magis domi illi fuerit timendum, quòd belli certamen anceps, præmia victoria nulla, damna manifesta sunt. Eandem suam paupertatem allegabant disvasuri Alexandro, quod in ipsos parabat, bellum, ap. Curt. lib. 7. c. 8. n. 22. Sic ipsi Macedones, cùm, omni discrimine jam defunctos se esse credentes, integrum bellum cum ferocissimis Indiæ Gentibus superesse cognovissent, seditiosis etiam vocibus Regem increparunt: Trahi se extra sidera & solem, cogiq; adire, quæ mortalium oculis

oculis natura subduxerat ; Novis identidem armis novos hostes existere. Quos ut omnes fundant fugentve, quod præmium ipsos manere ? Caliginem ac tenebras & perpetuam noctem profundo incubantem, repletum immanium belluarum gregibus Fretum, immobiles undas, in quibus emoriens natura defecerit, ap. Curt. Lib. IX. c. 4. n. 18. Ubi paria igitur periculum ac præmium, & secundis rebus amplior fructus est & adversis solatium majus ; In sordidis à hostibus citò gloria obsolescit, nec quidquam indignius est, quàm consumi eam, ubi non possit ostendi, admonente Craterò *ibid. c. 6. n. 90. seqq. conf. Cl. Loccenius in Notis ad d. l.* Idem verò, si aliæ quædam singulares circumstantiæ omne victoriæ lucrum subtrahere videantur. Quemadmodum Status Borussiae Sereniss. Dn. Electorem Brandenburgicum Anno 1657. admonebant : Seine Chur Fürstliche Durchl. haben bey dalmahligen Kriege mit Pohlen mehr zu verlieren / als zu gewinnen / und daß der geringste Friede diesem grausamen / unmenschlichen Kriege von Christlichen Potentaten bey weitem vorzuziehen sey. Qui verò minima commoda non minimò lectantur discrimine, similes dicere solebat Imper. Augustus aureò hamò piscantibus, cujus abrupti damnum nulla captura pensare posset. Sueton, in ipsius vitâ c. 25.

S. XIX. Non tam suadent, quàm impellunt etiã, ad pacem maturandam excitati Novi Hostes. Unde Sereniss. Rex Sueciæ, Carolus Gustavus, subesse causam dicebat, cur Regia sua Maj. per omnia pacem desideret, & optet, insurgentibus adversus ipsam tot simul hostibus, ut nisi sub divinò pugnaret favore, haud ulli verisimile videretur, eam solam tot ingruentibus viribus tantòque tempore resistere potuisse ; in declarat. de propensione suâ in Pacis Tract. P. II. Diar. Eur. p. 264. Et Nova ex adversò Fœdera. Ceu de Hispanis refert. Guazz. l. c. p. 16. ipsos vel maximè movisse novum, quod post Lionnei ex Hispaniâ regressum Rex Galliarum Anglis percusserat fœdus, consiliis Hispanicis summè noxium. Certum esse, Carolum V. magnum animò & re Imperatorem, inclytisque de Franciscò I. Rege Galliarum partis victoriis clarum, coactum fuisse ad pacem cum hõc eodem colendam, non aliã causã

causâ, quàm quòd Anglos sibi Franciscus ad junxisset; posse non minùs *Philippum IV.* vestigiis insistere Proavi sui, postquam Gallia maxima accessio facta non tantùm ex fœdere cum Anglis, sed cum tot aliis Principibus potentia minimè temnendæ.

§.XX. *Novæ item SPES*, imprimis EX MATRIMONIIS, quæ à Principibus frequentissimè eam ob causam contrahuntur, ut vel potentia ac Imperium à bellicis turbis illæsum servetur, vel prævalidæ affinitatis fulcimentis stabiliatur vel denique magnificæ dotis accessione augeatur. Bella contractis nuptiis composuerunt *Agas*, olim Cyrenarum Rex, desponsatâ suâ filiâ *Ptolomei* fratris filio. *Justin. Lib. 26. c. 3.* *Augustus* ductâ in matrimonium *Claudia Antonii* privignâ *Sueton. in ipsius vitâ c. 62.* *Cameraci* pax inter Gallos & Hispanos conclusa geminatis nuptiis *Philippi* Hispan. Regis cum *Isabellâ*, *Heinrici*, R. Gall. filiâ & *Emanuelis Philiberti*, Ducis Sabaudia cum *Heinrici* sorore *Margaretha*, firmiter robur credebatur accepisse. vid. *Strada Dec. 1. Lib. 1.* Nec aliam ob causam *Ludovico XIII.* *Anna Maria* *Philippi IV.* Regis Hisp. Soror data in conjugium. vid. *Grammont. Lib. 1.* aut moderno Regi Potentissimo Serenissima *Maria Teresia.* vid. *Priol de reb. Gall. Lib. XI. n. VII. & Guazz. p. 11. 17. 19. 29.* Contra imminentiâ se nuptiis confirmabat *Olympias*, Alexandri Epirote uxor, *Demetrio* Macedonia Regi filiam suam *Phiam* conjugem tradendô, ut auxilium contra *Ætolos*, quod misericordiâ non poterat, jure cognationis obtineret. Sic inter alias artes, quibus *Dumnorix* res novas apud *Heduos* moliebatur & eam tq. præcipui momenti *Liscus* referebat *Cæsari* quòd confirmandæ potentia suæ causâ matrem in *Biturigibus* homini illic nobilissimo ac potentissimo elocarit, ipse ex *Helvetiis* uxorem duxerit, sorore ex matre insuper & propinquis suis in alias civitates elocatis. *Jul. Cæs. Lib. 1. Bell. Gall.* Hinc *Seneca in Herc. fur.* *Lycum* ita partum imperium tueri cupientem locutum fuisse introducit:

-- -- alienô in locô

Haut stabile regnum est; una sed nostras potest

Fundare vires juncta regali face

Thalamisq; Megara. -- --

Sæpius autem & firmiter ad stabiliendum concordiam valuit
matri-

matrimonium, quando spes simul magnarum inde terrarum, opimarum hereditatum, divitumque populorum subditorum affulfit. Nec desunt illorum exempla quamplurima, qui, quas ferro & armis nunquam potuissent, matrimonio sibi summas & divitias & potentiam & auctoritatem conciliarunt. Repetat quis saltem ea, quæ in sola Augustissimâ Domô AUSTRIACA admiranda cum felicitate contigerunt & poterunt sufficere. Vid. autem imprimis *Silhon en la prem. P. de ministre d' Estat livr. 3. disc. 4. p. m 545.* Quamquam neque ad acquirendum opes & vires neque ad stabiliendum concordiam prorsus infallibile hoc medium esse fateri cogimur omninò, rerum humanarum & prudentiæ divinâ benedictione destitutæ incertitudine ut ubique, sic & in ejusmodi Principum, sapienter licet videantur, cogitatis, subeunte. Ab Augustô *Antonius* sororis nuptiis illectus subdolæ affinitatis poenas morte exsolvit *Tacit. Lib. 1. Ann. c. 10. Arrubas*, Rex Molossorum, dum regni incrementa *Philippi* affinitate se adquisiturum sperat, proprio regnò ab eod. privatus in exilio consenuit. *Justin. Lib. VII. c. 6. Pompeij, & Casaris* affinitatem & eventum quis, nisi Romanæ historiæ ignarissimus, ignorat? *Leirus* Britonum Rex à generis suis regnò pulsus fertur, vid. *Selden. Analect. Anglo-Britann. c. 2.* Gallicum Hispanis in alterum seculum certant hætenus odio, ut inter accolæ, immani, viribus, quantæ esse possunt regnorum potentissimorum. Non *Cameracensis*, non *Vervini*, (adde: non ad *Pyrenæos* montes,) conclusa pax, non tot nuptialia vincula, securam ac durabilem amicitiam fecere, documento insigni, affinitatem Principum ad miserationem erga oppressos quandoque satis validam, inter amulos & infensos odia non minuere, nec esse in literis & syllabis pacem, non in formularum angustiis includi, non in promissionum asseveratione contineri, non comprehendi dextris, non amplexibus adstringi, sed ne sacramentis quidem sacrari, ubi defuerit unū sacramentū, fides & religiosa animorum consensio. *Dn. Ramsbeck. Diss. de Magnis Imp. c. 1. S. 21. p. 26.* Deficit a. fides, quando suadere putatur UTILITAS, quæ Regum sapè norma est & ratio, ut differit *Jean de Buffieres è Soc. Jesu Hist. Franc. P. IV. lib. 24. p. 496. ad ann. 1615.* Conf. de Regum Galliæ matrimoniis in specie differentem *Turquetum liv. 7. de la Monarchie Aristo-Democratique p. 493.*

p. 493. seq. Nam privatorum est, eligere matrimonia ex amicitia adfectu vel morum concordia ; Nobis, dicebat Melander Rex ap. Barcl; in Argen. Lib. 3. illa suavitas exuenda : Charissimus esse solet, qui utilitate præcipuâ potentiam nostram alit, & affinitates pulcherrimæ censentur, quæcunque Regnum stabiliunt.

§. XXI. Multum porrò apud Generosas & Illustres mentes præstare valent LAUDABILIA MAJORUM EXEMPLA. *Les Exemples, & principalement de ceux, qui nous honorons, respectons, & nous sont ascendans en proximité de lignage nous touchent plus vivement les sens & se rendent plus efficaces à l'Esprit pour les disposer aux choses excellentes, que toutes les remonstrances, raisons, & belles paroles, dont l'on sceuroit user, ita testis omni exceptione major, Rex magnæ experientia & sapientia, Philippus II. Hispan. Monarcha in suo testam. l. c. p. 410. Nec verò facile in ullâ potentium Principum aut Regum familiâ tot pacificos repereris ac in æternæ durationis votò dignissimâ AUSTRIACA. Ut innumera cætera à gravissimis Viris passim consignata præteream, Testimonium tunc a versi non nihil ab illâ & partium studio occupati allegari meretur Buchneri, qui in Orat. suâ secundâ post Lips. victoriam p. 34. ita Ferdinand. II. Imperatorem alloquebatur: Jam quot nunc seculis celebratur Austriaeorum lenitas & incredibile pacis studium, quò tui majores excelluerunt? Ex quibus præcipuè nominamus FERDINANDUM, avum Tuum, Imperator, cujus & nomen cum Imperio tenes: Item MAXIMILIANUM patrum, ejusq; Filium RUDOLPHUM, Divinos Principes, quibus quid mitius, quid moderatius in summâ ista fortunâ fuit? Caterum pacis tam studiosi, ut illis unicè debeatur, quantacunq; quiete & tranquillitate licuit frui, priusquàm inauspicata hæc bella nos oppresserunt. Præterea etiam CAROLI V. Imperatoris incomparabilis in Responsò ad Breve Clementis VII. Pontificis ap. Goldast. P. XXII. p. 990. Polit. Imp. contestatio: Testis est, verba sunt ipsius, nostrorum operum Deus, verus scrutator cordis, qui intima prospiciens à longè cognoscit, & qui nostram ob id justam causam semper tutatus est, totq; insignibus victoriis comprobavit ac justificavit, &c. quòd non minus aquæ ac honestæ pacis studiosi ac Zelatores fuimus, sumusq; quàm injuriarum alacres ac prompti propulsatores ac etiam, ubi ratio suadet, clementissimi remissores hilaresq; bonorum pro malis & convitiis retributores. VIS FERDINANDI III.*

DI III. 'cujus memoria æterna sit! Pronum scire ad pacis studium animum? pervolvat *Monasteriensium Tractatum Acta*, & abundè illum perspicias. Moderni nostri Invictissimi & Sacratissimi Imperatoris, LEOPOLDI, tranquillitatis, concordia & pacis amorem quibus laudibus non jamdudum decantarunt (si paucos fortè ingratos exceperis,) Germani, maximi, medii, infimi? Et quàm de Eò *universi Status Imperii* plus unâ vice sibi gratulati sunt! Unde non possumus non spem firmissimam de ejus lenitate ac mansuetudine concipere, nec in posterum ipsum quidquam omisurum esse, quod ad pacem Christiano Orbi restituendam & confirmandam aliquid momenti honestè & sine dedecore aut impietate possit conferre.

§. XXII. Inter rationes pacis suasorias hodiè frequenter admodum allegari quoq; solet RELIGIONIS belli occasione diversis modis hinc inde metuendum PERICULUM. Exempla vid. in *Diar. Eur. P. I. p. 164. p. 410. p. 838.* & in *Append. p. 25.* & passim in *Historiis & Actis nostræ ætatis.* Equidem omnibus à Deo votis esset expectandum, ut, quemadmodum saluberrimè in Rom. Imperio *Pace Religiosâ* cautum est, Christianorum Officiorum cogitatio à violentâ disidentium persecutione ad pietatis ac salvificæ fidei propagationem ac contra infidelium insultus defensionem omnes Christianas Potestates deduceret: Sed more Seculi *Reformatio*, (quâ, ubi necessaria, si bonis modis fiat, tantum abest, ut improbemus, ut potius saluberrimam istam Deoque gratisimam judicemus) hic illic pietatis prætextu magnò fervore ac Zelo quidem instituitur, in profundissimis autem superstitionum impiissimarum tenebris involuti tantum non deseruntur subditi. Sunt *Indi*, sunt *Turcæ* ac *Tartari*, sunt inter *Hybernos*, sunt inter *Lappones & Finnos*, sunt alii *Septentrionis* populi, denique sunt passim *Judei* inter domesticos etiã, & proh pudor! sunt *Athei* inter familiares atq; amicos: Hos quoque ut ad Christum convertant, strenuè laborent, nec unum curandò alterum prorsus negligant, quibus incumbit, & tum *Reformationem* errorum & nævorum orthodoxiæ Christianæ sive per malitiam sive per ignorantiam annexorum *methodò Christianâ* moliantur, si cupiant credi, cordi ipsis esse animarum salutem. Sed quid eheu! frequentius, quàm ut, qui cupiditates suas aliter palliare non possunt,



sunt, religionis prætextu utantur, licet nihil minus habeant cordi curæque, quàm religionem, quàm non aliud quidquam ad decipiendum animos, corrumpendum iudicia, & in errorem inducendum homines, magis idoneum reperiri posse boni scil. quidam, ut audire volunt, Politici existimant? Ne ergo imparatos huic aut illi religioni addictos Reges aut Principes alterius fortè asseclæ obruant, (nam & hoc inter mores sæculi impietas reduxit. Vid. omninò Maximil. II. Imp. *Litera ad Lazarum Schwendi de Parisiensi laniena ap. Goldast. in Reichs-Sagungen.*) aut mutuis invicem cladibus adfectos ex improvisò ipsi adoriantur incolumes, hâcque ratione ab unò procedentes ad alterum religionem, cui fidem tribuimus, extirpent, causa aliquando esse potest, ob quam eisdem Sacris addicti à funestò contra se invicem bellò recedant, viresque in casum necessitatis (*si modò eas opponere conditione suâ non prohibeantur,*) contra incertos amicos, quantum possibile, *integras conservare* studeant. Cavendum tamen, ne perversis hostium insurrectionibus & malitiosis suggestionibus eò nos induci patiamur, ut potiùs quasi obfascinati prædæ illorum communem exponere patriam, quàm viribus conjunctis strenuè eam contra quoscunque injustos adgressores defendere, malimus. Cogitare siquidem decet, posse religionem à regione in indagandâ belli causâ distingui, imò debere, ne alias utriusque confusio ordinem universi Imperii disturbet & nata inde diffidentia necessariam adversus communem hostem impediatur assistentiam, nostram scil. in miseriam, inimicorum autem in lætitiâ. Ecquis enim prudens, falsis ut plurimum, sparsis ab hoste ad distrahendum vim unitam rumoribus fidem tribueret, nec potiùs tanquam suspectos rejiceret, qui novit, quàm modus hic rem benè gerendi jam inde ab antiquò usitatus fuerit hostibus. Non rogabo nunc testes *Polonos, Helveticos, unitos Belgas &c.* ut exponant, quoties & quàm variis technarum callidissimarum modis concordiam ipsorum in discordiam convertere laboratum sit. Non mea faciam, quæ *Suecis* nuper, (nescio enim num verè, an falsò) objecit Auctor discursus: *Von Teutschlandes warhafftigen Interesse bey tzigigen Conjunctionen*; Nec in iis, quæ cum *Germanis* hac nostrâ ætate, etsi, DEO sit laus! minùs ex votò acta sunt, anxie curiosus ero; Tacebo etiam, quæ

quæ de Triplici illò inter *Anglos, Suecos & Belgas*, tam speciosò Fœdere, deq; aliis recentioribus belli societatibus falsarù artificiosè impressarum opinionum adminiculò labefactatis annotari possent. *Achaorum* saltem ex veteri Historiâ exemplum revocabo in memoriam. Illis enim non aliud fuit exitio, quàm callidè per legatos Romanorum procurata dissensio. vid. *Justin. Lib. 34.* Quot verò & quantacunq; fuerint argumenta pacis suaviora, verissimum tamen proh dolor! Taciti pronunciatum II. *Histor. 37.* experientia ostendit, nimirum vix esse, ut, qui pacem belli amore turbaverunt, bellum charitate pacis deponant. Non, quòd se nolle profiteri audeant, ipsâ conscientia instituti opprobrium notante, sed quòd non posse videri cupiant incautis. Unde non desunt ipsis facilè, quos fœditati suorum actuum obtendant, prætextus. Quorum unum alterumve breviter considerare operæ fuerit pretium.

§. XXIII. Ecce enim! audire mihi videor objici à nonnullis:
I. SE REM SUAM ALITER NON POTUISSE CONSEQUI,
 necessitate igitur ad bellum fuisse coactos. Quæ si vera, injustum bellum ob non injustam causam neutiquam equidem dicendum est. Nam, *si quis non aliena cupiat, sed sua postulet atque iis non impetratis bellum moveat, id omnium confessione justum est.* *Coriolan. ap. Dion. Halicarn.* Veruntamen *extra summam necessitatem ferrum inferre nec boni Medici est, nec boni Præsidis, ἢ ἰατρικὸν ἔτε πολιτικὸν,* dicente Plutarchò. Omnia itaque prius experiri quàm armis uti, sapientem decet, & stulti nimium, *queis virtutis mensura placet unica ferrum.* Chorus in *Euripidis Helenâ.* Ergò non debet Rex arma movere, quàm diu pace frui licuerit, sed tùm demum, *cùm, ut Florus loquitur, jura fuerint armis seiora,* pax misera bellò benè mutabitur. E. omni priùs tentasse, omnesque modos suum amicè consequendi adhibuisse oportet, si quis jure velit necessitatem suam allegare & tranquillitatem servare conscientia. vid. *Deut. 20.* Sed enim hodiè proh dolor! ex usu temporum, ex habitu ingeniorum, ex moribus populorum **NECESSITAS** modò ratio, modò studium, nunc argumentum, nunc color, aliquando ænigma, sæpè fabula est. *Boecler. de Potent. Civit. p. 349.* Præterea (2.) novum hìc monitù suggerit *prudencia,* scil. non decertandum esse, nisi præter summam necessitatem optima etiam



rem benè perficiendi daretur occasio, puta, si terrore ac famâ, certè nullò aut exiguò periculò, rem consequi licere apparuerit. Terrore enim *perdomare pulcherrimum victoriae genus* Plinio alicubi in *Epistolis* visum est. (O quàm feliciter hæc cogitari potuissent Ann. 72. hujus Seculi!) *Fugiendum* igitur multò magis, monet Cic. de *Offic. I. ne offeramus nos periculis sine causâ, quò nihil potest esse stultius.* Sed & si causa fuerit justissima & maximè necessaria, dubius belli exitus & virium propriarum conditio versari nunquam non debet ob oculos. Unde prudenter Eminentissimi *Electores Ecclesiastici*. An. 1657. ad Bavar. Legatos: *Beide Könige (Frankreich und Hispanien) wären mächtige Potentaten / hätten ihre grossen Königreiche und Provinzien / könnten wol aufsetzen / gewinnen und wieder verlieren / und dennoch Könige bleiben / mit den Herrn Chur-Fürsten aber / bevorab denen Geistlichen / hätte es die kundbare Bewandniß / daß / wenn einer sein einiges Schäßlein verliehre / wäre er alles quit und finde keines wieder.* *Diar. Eur. P. I. p. 402.* Circumstantias igitur & occasionem benè rem suam persequendi accuratè examinare priùs oportet, quàm certam de bellò ineundò concipere sententiam. 3. Nec ob rem exiguam, jure licet sibi debitam, quamque nullò bonò modò consequi possit, quis dubiam belli experietur aleam, qui prudentiam temeritati præfert. *Non enim oportere cum Romanis disputare de vicis, quibus majores privati sæpè possident, ad bellum verò ne ob magnas quidem causas veniendum,* admonebat ap. *Philostratum lib. 23.* Regem *Babyloniæ Apollonius*. 4. Iterum *jus* postulat, ne correcturi injustitiam ipsi nos malitiosè eidem obnoxios reddamus, plus nempe auferendò per bellum, quàm nobis debebatur, quod unquam nec *Naturæ* nec *Divinum Jus* permittit. vid. *Grot. de J. B. & P. Lib. II. c. 7. §. 2. & Lib. III. c. 6. §. 1.* nisi quantũ superat ad compensandum necessarias in bellum factas impensas, quæ tamen & ipsæ non ampliùs erunt necessariae, quàm opposita fortè arma pacem non admittunt. At 5. ecce! offertur pax, Mediatores condiciones proponunt! *Quæ si æquæ nec indecoræ, quibusq; tuum ritè & sine læsione amicorum* (dein was von Particulier-Tractaten und Frieden zuhalten / eleganter Anno. 1644. *Sueci* admonuerunt *Danos* vid. *Theatr. Eur. T. V. p. 477.*) *possis consequi*, nil utiq; ampliùs restare videtur, quàm ut ambabus, ut decet *justum & Christianum Prin-*

Principem, manibus pacem amplectaris, n̄i universo Orbi abominandam quandam Tui iniquitatem ostentare malueris. *Ea enim animi elatio, quæ cernitur in periculis & laboribus, si justitiâ vacat, non modo virtutis non est, sed potius immanitatis omnem humanitatem repellentis, Cic. de Offic. 1. Et qui magni compendii sui causâ accipiunt, unde non oportet, hi πονηροὶ ἢ ἀσεβεῖς ἢ ἀδικοὶ καλεῖνται, quales tyranni & urbium vastatores sunt. Andronic. Rhod. ap Grot. Lib. II. c. 22. §. 3. Cujusmodi erat Bajanus, Avarorum Chanus, qui nullâ occasione aut obtentu ne conatus quidem causam vel falsam contra Romanos comminisci, inverecundè planeque barbarum in morem exuit pacta. ibid. in Notis ad. §. 3.*

§. XXIV. Verùm, satisfiat licet de re mihi debitâ, de impensis in illam factis, de damno item inde acceptô; **NONDUM MIHI**, dices **II. SATISFACTUM DE INJURIIS** per adversarium illatis. (Nam de injustis quidem causis quid opus aliquid notare, cùm ne præsumere quidem liceat tales iri admissum à Christianis Principibus? Ast osi! vid. si lubet. Grot. l. c. lib. II. c. 22. per tot.) Obsecro, si Christianus, Christiani memento officii, ne nomen usurpes per Antiphrasin, ceu bellum quasi minimè bellum vocamus, id verò in hōc vel maximè consistit, ut facilè & libenter invicem condonemus, sicut Christus, cujus cupimus audire discipuli. An ignorare igitur aut, quod gravius est, repudiare deceat Christianum, quæ Suprema Dei Omnipotentis Majestas ap. Eccles. 28. v. 1. edixit; *cupidum ultionis ultio manet à Domino & peccata ejus sedulo conservabit. JEHOVAH ultor Ps. 94. v. 1. Nahum 1. v. 8. Ed quod facit Edom, dicit Jehovah, quando ulta est ultionem contra domum Juda, ut uli sunt sese de eis, idcirco extendam manum meam super Edom & succidam homines atq; jumenta. Ezech. 25. v. 12. 13. Quapropter obtemperate Apostolo, o Principes, date locum iræ, Rom. 12. v. 19. i. e. vel relinquitte Deo vindictam & date locum iræ divinæ, ut Chrysostomus, Theodor. & S. Augustin. explicant; vel date veniam iræ & injuriam vobis illatam condonate, ut Athanasius; vel non sint corda vestra sic impatientiæ & pusillanimitatis angustiis coarctata, ut violentam commotionis procellam, cùm irruerit, sustinere non possint, sed dilatamini in cordibus vestris suscipientes adversos iracundiæ fluctus in illis extensis sinibus charitatis, quæ omnia suffert*

fert, omnia sustinet. Et ita mens vestra amplitudine longanimitatis ac patientiæ dilatata habeat in se consiliorum salutarium recessus, in quibus receptus quodammodo atque diffusus teterrimus iracundiæ fumus portinùs evanescat, ut *Abbas Josephus ad Cassianum collat. 16. c. 27.* quam explicationem *Cornel. à Lapide* perfectissimam dicit. Hoc Apostoli maligna, imò philtrum, suis Constantinopolitanis Catholicis instillavit *S. Gregor. Nazianz.* dum, ne ipsi ab Arianis sub *Valente*, Ariano Imp. vexati & oppressi, eò mortuò, sub *Theodosiò* orthodoxò Imp. par pari eis reddere, eosque paribus molestiis afficere, cogitarent, hæc ad eos dixit: *Non hæc, mi grex, à nobis poscit Christus, neq; sic Evangelium nos docet. Hæc mea sit ultio, ut qui nos affecerunt injuriis, salutem consequantur. Quòd si animus vehementer exaestuat, neq; coërceri se irà patitur, quod ab hoc alterum est, præstate, ut hæc Christo permittatis ac futuro tribunali reservatis. Mea enim est ultio, ego reponam, ait Dominus.* His dictis populum placavit & in suam sententiam pertraxit. *Corn. à Lap. l. c.*

§.cXXV. Contemnis autem impiè, quæ Christus quæque Prophetæ & Apostoli inculcant? Ea certè admittas, oportet, quæ sana ratio & illi, quos tu prudentes æstimas, præcipiunt. Nam (1.) esse quædam officia etiam adversus eos observanda, à quibus injuriam acciperis, esse ulciscendi & puniendi modum, *Cic. de Offic. 1.* Esse crudeles, qui puniendi causam habent, modum non habent, *Seneca II. de Clem. c. 4.* & qui in puniendo progreditur ad id, quod iniquum est, secundum esse injuriæ auctorem. *Aristid. Leuctr. 1:* (2.) Non hoc tantùm respici debere, quas ob causas (*An enim æquum, ob tantilla peccata tam graves & iniquas penas exigi? Plataenses in Isocratea oratione quærebant.*) pœnas his exacturus, sed & qui sint, de quibus sumenda, qui tu ipse & quis justus pœnarum modus, eodem. *Aristide movente Orat. II. pro Pace,* (3.) Apud *Herodotum* vitio verti Græcis, quod non mitiores invicem se præbuerint, *ἑοῦτες ὁμόγλωσσοι* quod ead. uterentur linguâ. E. multò magis culpandos, qui in bellò inferendò tot alia longè arctiora communionis sive civilis sive spiritualis vincula contemnunt. (4.) Laudasse Imp. *Julianum* *Pitaci* dictum, qui veniam pœnæ præferebat; *Pulchrum esse Principem imitari boni patris officium.* (*Pater autem, ut Seneca ait de Clem. Lib. 1. c. 14. nisi multæ & magna injuriæ patientiam devicerunt, nisi plus est*

est, quod timer, quàm quod damnat, non accedet ad stylum decretorium.) Quæ omnia tunc vel maximè locum habebunt, ubi aut nos quoque peccati alicujus sumus conscii, aut id, quod in nos peccatum est, ab humanâ quadam & excusabili infirmitate procedit, aut satis apparet, pœnitere eum, qui nocuit. Grot. l. c.

S. XXVI. Benè cuncta; sed III. NONDUM TEMPUS EST, BELLUM COMPONENTI ET PACEM CONCEDENDI, admones. Profectò contra omnium monita Prudentum. Omne tempus, de pace ut cogites, non minùs ac in pace de bellò, idoneum est. Pax siquidem sectanda & (1.) QUANDO RES NOSTRÆ MINUS EX VOTO SUCCEDUNT. Nam tunc periculosissimum est longius cum hoste certamen, & ut in maris, jacturâ aliquâ redimenda major calamitas, omisâ ira ac spe, fallacibus, ut rectè Livius dixit, auctoribus. Non proroganda ultrâ ruina est. Melius enim servasse civem, quàm perdidisse, rectius & sapientius, propter pacem mitigasse arma, quàm propter arma pacem asperasse. Et (2.) CUM SUPERIORES SUMUS, Tunc enim dantibus pax ampla & speciosa. Wenn das Glücke blühet / soll man den Krieg mit samt den Ursachen aufheben / wo man nicht auff Straßenräuberische Art und Weise Krieg führen will. Legati Brandenburg. P. I. Diar. Eur. p. 997. Planè ut olim Annibal Carthaginensium Dux belli celebratissimus ad Scipionem Romanorum Imperatorem exercitûs; Quàm pulchrum & speciosum est, cum victoriam propè in manibus habeas, pacem tamen velle! Sic enim omnes intelligunt, bellum te justè gerere & finire, vel, ut Poëta expressit,

--- -- -- ignoscere pulchrum

Jam misero, pœnâq; genus vidisse precantem.

conf. Gail. de Pace Publ. lib. I. c. 4. n. 7. Contzen. lib. 10. Polit. 8. Excellere in hóc humanitatis genere imprimis videri volebant ROMANI, ita, ut nunquam post victoriam implacabiliores hostibus suis fuisse gloriaretur Publius Ætolis victis easdem, quas ante prælium tulerat, condiciones nihil immutatas præscribens ap. Polyb. in Excerpt. Legat. n. XXIV. p. 816. Et CUM PARES VIDEMUR. Id quod optimum tempus de pace agendi, dum sibi uterque confidit, pronunciavit Cæsar. Lib. de Bellò Civil. dum malum adhuc in

E

herbâ



herbâ est, & inter initia invalidum, dum nondum multi coivére, dum neque illi spes victoriæ, neque hi indignationem & studium vincendi ex damnis toleratis planè imbiberunt. Unde die Chur-Fürstl. Brandenburg. Land-Rähte in Preussen / in Supplic. ad Serenissimum Anno 1657, d. 27. Febr. Gott hat E. Chur-Fürstl. Durchl. die Mittel den Frieden zuerlangen / noch diese Stunde in die Hände gegeben / Dero Armee ist noch in guten ansehnlichem Stande / die Waffen sind in gleicher Wage / die Gesandtschafften suchen noch gütliche Handlung / die Zeit und Gelegenheit / so igo verschiesset / dörfste nicht leichtlich wiederkommen / der geringste Unfall / so dero Kriegesheer / da Gott vor sey / zu stossen möchte / würde hernach die Tractaten weit schwehrer machen. *P.I. Diar. Europ. p. 40.* Verissimè, tempus, ubi jam exhaustæ vires bellò sunt, & furore potiùs ad interitum, quàm opibus & spe ad victoriam, geritur bellum, expectare, ingentis plena periculi res est. Nam nec semper potest revocari lapsus semel Reip. Status (sicut morbi quidam, ubi rotò corpore eorum vis est recepta, omnem medelam superant) nec ubi altera pars nimium prævaluit, facilè pacem consentit. *Boecler. de Amnestiâ p. 613. Diss. var.*

§. XXVII. Tandem IV. VELLE, excipies fortè, Si Possem. At verò quid impedit? SOCIIS HOC DISP LICET, quibuscum tam arcta mihi necessitudo tantaque intercedit obligatio, ut ipsis invitis de pace audire non aulam. Sanè nihil turpius, nihil bonò virò, nedum Principe, indignius, vid. *Patric. lib. 8. Tit. 20. pr. de Reg. & Regn. Instit.* nil etiam magis plerumque noxium, quàm datam facilè deserere fidem. Adeoque foederibus ut nil magis convenit, quàm fides, unde nomen quoque ipsum habent, ita illis nil magis ad versatur, quàm perfidia. Quod si enim pacta, qua ex privatâ causâ fiunt, naturali equitate, Lege, Edictò, conservantur, quanto magis humana societati congruit, ea servari, qua ex publicâ causâ, qua religione, Sacramento, capitis consecratione, obtestatione Dei mununtur; *Cic. in Orat. pro Balbò. Conf. Aerod. lib. 3. Rev. Judic. Tit. 5. c. 1.* Quapropter meritò, qui juramentum violat, & divinam ultionem & hominum infamiam incurrit. *Arist. in Rhet. ad Alex. c. 18.* Si quidem eorum non tanta est impietas, qui Deos omnes averfantur, quàm

eorum

eorum, qui, cum & esse Deos & rebus humanis prospicere consiteantur, jurisjurandi tamen simulatione, dum arte id mox eludere presumunt, Numen irridere non dubitant. Præstaret aut Deum immortalem, aut quem Deum esse putant, fraudis suæ testem non appellare, sed se ipsos tantum, quàm vel illi sapientiam suam pejerandò excutere, quasi non essent ei omnia conspicua, vel justitiam, quasi conniveret malitiæ atque impiorum sceleribus, ut cum Bodinò differit Besoldus de Fœder, c. 7. n. 3. Servare igitur fidem amico cum oporteat, si quis jacturam eorum, quæ viro bono esse debent charissima, divinæ puta gratiæ & bonæ famæ, nolit incurrere; Ista verò obligatio fœderatum cum damnò interdum suò possit à pacis cogitatione, licet occasio eam perficiendi commodissima adfuerit, abstrahere, donec & alter, cum quò societatem habet, consentiat; UTILE fuerit, non nisi omnibus, qui probabiliter metui possunt, ne accidant, casibus accuratissimè & quantum in futura contingentia divinò invocatò auxiliò humana penetrare valet sagacitas, ponderatis, in istiusmodi formulam fœderis descendere. Qualem cavendi solertiam insignem in magnò illò Politicò ac Ministrò Galliæ, Mazarinò, Galeacius Guazus in Historiâ suâ Pacis inter G. & H. Reges, admiratus nò sine encomiò notavit, dum ita p. 30. inquit: Gallia nunquã se passa est obligari ad non in eundam cum Hispanò pacem, nisi Lusitania eidem includeretur, in super habitis magnâ auri vi ac locis in fidei pignus à Lusitaniæ Rege oblatis. Perpendebat, quâ multũ pollebat sagacitate, Cardinalis pacẽ alioquin difficillimè coalitrum, Ipse autẽ sui volebat esse arbitrii, illã firmare, simul ac sincera fide (ita loquebatur,) ab Hispanis desideraretur. Quis negare ausit, jus fasq; esse, ut Christianus Orbis gratas grates immortalis memoriæ Mazarino habeat, quòd turbulentissimis Gallie temporibus in summò necessitatis articulò luculentas Lusitanorum conditiones sustinendo tum temporis infelici ac sumtuosissimo bello idoneas nunquam acceptaverit? Nec prætereunda hîc similis laude dignissima modernî Potentissimi Regis Magnæ Britanniæ sapientia in fœdere cum Gallis Anno 1672. contra Fœderatos Belgas contractò illustris, quâ sine felicissima Insula usque adhuc fortè calamitosissimis præsentis belli turbis futura fuisset implicita. Quoniam verò non tantum in spiritualibus nulla est, ut docent Theologi, sed etiam in Politicis negotiis, præcipuè in



foederibus, ubi, ut *Plautus* ait, *cautus etiam, dum cavet, vix cavet*, valdè ut plurimum cœcutit prudentia, nisi divinâ illustretur gratiâ, accidit nonnunquam, ut ex tali festinatô foedere damna sentiantur priùs, quàm credantur; Tunc itaque post preces ad Deum, proximum ab ELOQUENTIA, sine quâ *Tacitô* quid. dicente, *nemo magnam unquam consecutus est potentiam*, (conf. *Cic. in Brutô c. 14.* & *Fab. de Eloq. II. c. 16.*) petendum auxilium, ut persuadeatur amicus ad unâ ineundum, qui offeruntur, de Pace Tractatûs. Quanta enim eloquentiæ, non vulgaris quidem illius & Scholasticæ, sed in usu rerum exercitatæ & Politicæ, interdum sit virtus, vel ex *Demosthene* apparet, ad cujus arbitrium Atheniensibus cum *Philippô* sæpè bellum sæpè pacem legimus fuisse. Tenendum autem, *neminem dicere benè posse, nisi qui prudenter intelligit*, monente *Cicerone* in *Brutô c. 6.* Quod si tamen & hujus opera omnis fuerit frustranea, & surdis, quod est in Proverbiô, fabula narrata, denuò sub examen debiti nostri erga socium revocetur conditio & quid iustitia permittat, quasi cum Deo ipsô instituat deliberatio. Si nihil, quod jure obligationem nostram valeat perimere, occurrat, *error forti toleretur animo & peccatum emendare studeatur industriâ*. Vanô necessitatis prætextu perjurii latebram quærere non præsumat Princeps aut Resp. ut fieri quidem solet ab iis, qui fidem non servant, si illis sit damno & necessitates præterierint, propter quas illam dederunt, veluti instruuntur à *Machia vellô c. 18. de Principe*, sed ducat convenire bonæ fidei, aliquid incommodi patienter ferre, ne amici per nos majora detrimenta acciperent, vid. *Guicciard. Lib. I. f. 51.* Suo autem tunc demum vivat arbitriô, repudiet foedus aut negligat & tempori sese accommodet, invitis licet sociis, quando sine iniustitiâ, ex causâ gravi, hoc licitum efficitur, utpote (1.) si iniuste foedus esse contractum sive ab initiô sive nunc demum appareat, veluti *dum* (quæ si non expresse, tacite tamen semper intelliguntur excepta) *in patriam aut religionem bellum manifestò convertitur*. Quemadmodum *Status Imperii*, qui foedus cum exteris iniit, rectè facit, dum eos deserit, quamprimùm in ipsum Imperatorem & Imperium arma illorum converti observat. Siquidem & contra *Jus Naturale*, & *Divinum* & *Gentium*, & *Germanie Publicum* peccat, quicumque Statuum foedus contra Imperatorem & Imperium inque
hujus

hujus perniciem, cum quocunque fuerit, contrahere, gravius, qui etiam in eâ perseverare, non dubitat. vid. Schüz. *de Jure Publ. Vol. II, Disp. XII. Th. II. Lit. E.* Certè juramentum istud, quò Status Imperatori & Imperio obstricti sunt, expressè ipsos obligat. *Kais. Maj. und dem Heiligen Reiche treu / hold / gehorsam und gewärtig / auch nimmermehr wissentlich in dem Raht zu seyn / da ichtwas wider ihre Kais. Maj. Person / Ehre / Würde oder Stand gehandelt oder fürgenommen wird / noch dareinwilligen oder geheben in einigerley Wege / sondern Kais. M. und des H. Reichs Ehre / Nug und Frommen betrachten und befördern nach alle ihrem Vermögen / &c.* vid. *Limn. Jur. publ. Lib. II. c. 18. n. 20.* *Wahrem. ab Ehrē. de Fœd. lib. II. c. 1. n. 161.* Schüz. *L. c. th. II. lit. A. & th. 22. lit. F.* Unde in omni fœdere, cui interest Status aliquis Imperii, ad eò Imperatorem & Imperium ex censu illorū, contra quos sive directè sive obliquè dirigitur, excipere necesse est, ut licet Imperator fœdus confirmasset, in quò ipse non comprehenditur, tamen nihilominus videretur exceptus. *ibid. th. 17. Lit. C. D. E.* & *Limnæ. de Jur. Publ. Tom. I. Lib. IV. c. 8. n. 25.* etiam, (2.) *si ad offensionem alius cujuscunque injustam tendat, veluti si belli ineundi societas contracta cum illò, quem obœdiendi debitum prohibet à resistendi studiò, vel si causa arma capiendi aut nulla aut non sufficiens adfuerit. Ad injusta enim bella nulla ex fœdere esse potest obligatio.* *Grot. de Jure B. & P. lib. II. c. 15. th. 13.* seu, ut *Cardin. Tuschi* Latinitas habet: *Confœderationes intelligi semper debent de Guerris licitis & ad defensam, concl. 628. n. 53. concl. 630. n. 29.* (3.) *Si initium belli quidem justum, progressus tñ. & continuatio fuerit illicita, veluti quia jam satisfactum damnumque reparatum, aut injuria vindicata, & pax petitur, certè non rejicitur, vel nunc demum satisfactio prompta ex æquitate non fictâ sed verâ æstimanda cum belli deprecatione non dolosè, sed seriò, offertur.* Utroque enim in casu *finis* fœderis & conditio, quæ tacitè in omni ejusmodi pacto, nisi aliud conventura, subesse intelligitur, jam cessant. vid. *Arum. in Dissert. de Fœder. th. 115.* (4.) Denique *si summa & aliter non evitabilis compellat ad pacem necessitas*, quæ, ut multis in casibus aliis, ita & hic permissum efficit, quod citra illam de Jure esset prohibitum.

§. XXVIII. Et quidem vel facta est in pactis necessitatis mentio, vel non est. Posteriori casu si, *An in magnâ admodum necessitate constitutus, quâ se pacem amplectendò liberare posset, socii gratiâ*



riâ in bellò perſistere debeat ? quærat, ne utiquam ex pactis teneri dicendum est. Nam, uti benè philolophatur Grot. *l. c. Lib. II. c. 16. §. 26.* quia casus nec prævideri omnes possunt nec exprimi, ideò libertate quadam opus est eximendi casus, quos, qui locutus est, si adfuissent, exempturus fuisset. Quâ tamen libertate non abutendum temerè, sed eam secundum sufficientia indicia usurpare decet. Inter quæ *primum & certissimum*, si quò casu sequi verba illicitum esset, i. e. pugnaret cum naturalibus aut divinis præceptis. Talia enim cum obligationis capacia non sint, eximere oportet necessariò. *Quædam*, ait Quintilianus Pater, *etiamsi nullâ significatione legis comprehensa sint, naturâ tamen excipiuntur.* Quò pertinent, quæ de casibus injustis *h. S. n. 1. 2. 3.* disseruimus. *Secundum* erit indicium, si verba sequi non quidem per se & omninò esset illicitum, sed æquè tamen rem æstimanti nimis grave ac intolerabile vel absolutè vel pro certò rerum statu. Quapropter in foedere ad bellum semper præsumitur ratio habita prudentiæ & pietatis ejus, quo cum agitur, ut qui non modò non injustè, sed nec temerè, bellum suscepturus videretur, *ibid. d. §. 16.* Ubi autem ejus facta est mentio, ita ut expressè cautum sit, *ne vel in extremò necessitatis discrimine à foedere resilire liceret*, tum quidem volenti videatur non fieri injuria, veruntamen, cum ad actus alicujus validitatem non tantum voluntas requiratur, sed etiam potestas, ceu admonet *Jctus in l. 4. ff. qui testam. fac. poss.* ut promissum obliget. (1.) necesse est, ut qui eò se obligavit, Princeps, *etiam potuerit*, nec Statuum consensum requirere opus habuerit, (Ad cujus intellectum conf. Grot. *lib. 1. c. 3. §. 8. seqq.*) (2.) cum semper vel expressè vel tacitè tale promissum reciprocam stipulationem *de compensandò damno alterius gratiâ per se* comprehendat, *an possit etiam alter & an velit*, illud, quantumcunque est, resarcire, judicandum. De quorum alterutrò quancumque collatâ æstimatione damni ad vires promittentis focii & anteriora ab ipsò præstitæ fidei exempla probabiliter, ita, ut in hanc sententiam animus magis inclinet, non iri restitutum, dubitari possit, adhuc justè & melius licebit à foedere maturè recedere, quàm post causam factam incurabilem desperata quærere remedia. *Ubi* tamen & huic juri, satisfactionem scilicet ob damnum in amici gratiam ex necessitatibus belli perceptum

repe.

repetendi *renunciatum fuerit expresse*, (qui tamen casus vix dabitur,) doio renunciatio præsumetur elicitæ, cum Leonina esset societas, ubi penes unam partem commoda auxiliorum, penes alteram verò sola damna ex continuato bello sine spe compensationis, remanerent. Et si utique Princeps in se tam injurius, ut renunciaret, fuerit, jure tamen in subditorum perniciem id potuit nunquam. Quam absolutam enim & quantacunque ipse potestate fruatur, tam prodigè certè vitæ & fortunis subditorum abuti non poterit, ut ex solò cecò & irrationabili in amicum affectu ipsos, nullâ spe reparationis superstitè, in extremas præcipitare valeret angustias. Urut enim nulla hîc obstet obligatio erga populum, obligatio omninò erga Deum & agnatos obstabit. ERGA DEUM, quia ipsi præceptum, *ut homini*, neminem lædere, suum cuique tribuere; *ut Christiano*, proximum, et si subditum, æquè diligere ac semetipsum; *ut Principi*, imperio suo commissos protegere, defendere & modis omnibus, quantum possibile, salvos atque incolumes præstare: ERGA AGNATOS, quoniam ex succedendi Jure ipsorum interest maximè, ut Status Reip. conservetur optimus. *Necessitatis* autem vocabulum, quò obscure, ambigè, licenter, uti multis inter artes est, hîc, ceu jam antea indicavi, accipere oportet *in veritate secundum conscientiam*. Ut sit *magna admodum*, vid. Bœcler. *ad Grot. l.c. de Domin. Emin. p. 137. seq. vera, & aliter non evitabilis*. Hinc cum LUSITANI spe suâ, quam de Galliæ Rege modernò conceperant, ipsum nunquam esse permissurum, ut (ceu tunc, licet frustra, ve luti ex eventu apparuit, metuebant) Lusitaniæ regnum Hispanæ dominationi iterum subjiceretur, excidissent, & ipsis, licet confœderatis, invitè pax coaluisset inter Gallos & Hispanos, nihil tamen iniqui accidisse Guazzus *l.c. p. 30.* commemorat. *Non considerabant enim, inquit, iidem Lusitani Galliam & Hispaniam bellò, quod totos 25. annos duraverat, afflictas ac viribus opibusque exhaustas omnibus votis necessariam pacem expetere, præterea minus æquum erat, ut Gallia, quæ armis parta bonâ pace firmata retinere poterat, belli continuatione in alterius gratiam perderet*. Sic VENETI, cum fœdus ipsis esset cum Pontifice & Rege Hispaniæ adversus Turcam, desertis omnibus sociis, pacem clam inierunt, de que

deque eò cum conquererentur socii, responderunt illi, se fuisse ad id, quod fecerint, summa rerum suarum necessitate, & quòd promissa auxilia non præstarentur, coactos, visumque fuisse commodissimum id clam facere, ne res divulgata difficiliore redderet conditiones. Natalis Comes *Lib. 23. Histor.* Nec tamen tantum quid liceat, sed & quid expediat, hinc observari debere admonet prudentia. Magna itaque opus est cura, ut circumstantiis ritè examinatis ita dirigamus navigationis cursum, ne evitandò Charybdin incidamus in Scyllam, ex uno malò in alterum æquè grave aut majus. Interea serium modò adsit divinæ gloriæ sincerè inserviendi propositum, non subitanè sed constanti cor amore pacis incalescat, devotisque Auctor pacis DEUS in auxilium requiratur precibus, non dubium, quin pro suà benignitate immensà & sapientià incomprehensibili viam ex labyrinthò sit ostensurus & redditurus pacem citiùs, quàm quisquam opinatus fuerit.

§. XXIX. Constare jam puto ex dictis, pacem semper bello debere præferri nec salvà conscientiam repudiari posse, nili vel *inidoneis implicetur conditionibus* vel petatur *ingeniò Hamilcaris, nec insidia alter, quàm continuatò bellò, evitari possint.* De quibus in *Dissert. de Objectò Tractatum Pacis*, Deo volente, plenius. Cæterum cum ita de pace scribere, ut omnibus probentur, prorsus videatur impossibile, quid dubitem fore aliquos, qui & in meò hòc Discursu multa, si ob interesse suum ea non senserint sibi esse ad palatum, non albò sed atrò sint notaturi lapillo? Verùm illi ipsi, si boni, causam habebunt, non tam mihi succensendi, quòd liberè & verè non tam meam, quàm prudentissimorum virorum sententiam, de actibus circa belli pacisque negotium bonis & malis notaverim, quàm sibi, quòd ita res suas instituerint, ut, quæ cum vituperio hinc, quamvis indefinite sine affectu & sine respectu ad certa individua, sunt dicta ipsi tamen suà sponte sibi congruè valeant animadvertere. Cavillatorum perversitas ut omni ævò cognita, sic à sapientibus, quorum auctoritas mihi pro regula, ipsò contemptu vindicata est. Profectò, ut suò abundet ingenio, ego invidèbo nemini. Erunt fortè etiam, qui, cum in dictis, quod censeant, non observaverint, argumentum tamen tam illustre supra meæ conditionem personæ ac in-

ac indolis esse putabunt. Tu enim quis es, inquit, qui monere audeas Reges, Principes, Respublicas? His mihi cum Freinshemio, verbis paulum immutatis, respondere liceat: Ego quidem ô boni, sum conditionis meæ non immemor, profiteor me nempe ex illô civium esse numerô, quibus non imperii, sed obsequii, gloria & reverentiæ erga Superiores honos relicta sunt, sed tamen de his, ut loqui possem, me Deus creavit hominem, ingenium, si non magnum, certè rerum istarum sensu non vacuum natura tribuit, adfectum in afflictum Orbem Christianum tum humanitatis tum Christianæ pietatis virtus impressit. Auctoritatem monendi ego nullam aut habeo aut peto, sed ipsæ res, si quæ benè dictæ sunt, apud pios & prudentes Principes pondus habebunt, ineritq; eis momentum, quod meis non postulavi inesse sermonibus. Locum ego, ut debeo, ita lubentissimè cedo illis, quorum apud Principes magna est auctoritas, qui in nullâ re Davi, in omnibus Oedipi, creduntur. Tales quantum, si velint, aliquando possint efficere, inter cætera Fuensaldagni Comitis exemplô videmus. Is enim, cum suo pte ad Pacem inclinaret animô, pro summâ, quâ apud primum Ministrum sui Regis, Ludovicum Haroum, pollebat gratiâ ac fide, vivâ ipsi Oratione languentes tunc Mediolanensis Ducatus vires eò jam redacti, ut ne quidem defensionis sufficeret, ostendendô simulque Flandria malorum, quippe quæ bellô fessa & attrita una hostili expeditione in extremum discrimen adduci posse videbatur, admonendô efficiebat, ut multô alacrius ac seriô magis in pacem reducendam Aula Hispanica curas suas intenderet, vid. *Hist. Pac. l. c. p. 15*. Nec enim dubitandum, multos hodiernum Principes Henrico Magno, Galliarum Regi, similes futuros, qui sibi ipsi non in re aliâ majorem gloriandi causam habere videbatur, quàm in eò, quòd ad familiarissimum sibi Ducem de Sully aliquando dicebat? *Je ne me laisse jamais tant preoccuper de mauvaises fantaisies, ne remplir l'Esprit d'opinions, que de meilleures n'y trouvent place, quand on me les propose.* En ses Memoir. P. II. p. 194. Modò ea unicuique Regum ac Principum obtingat felicitas, ut, quando de concordia & pace conferuntur consilia, viros probos, ac prudentes, irâ, odiô, invidiâ vacuos, Principis sui, patriæ, civium, & publicæ magis salutis,

E

quàm


quàm sui commodi, studiosos, qui nihil aliud cogitant ac sentiunt, quàm quod justum, quod verum, quod profuturum publicè, accuratè noverit discernere ab iis, quibus ibi fas, ubi plurima merces, quique nullas sanè in Rep. partes habent alias, quàm quas turbandi & evertendi sibi ipsi sumserint, qui non nisi miserorum sanguine vivere, non nisi bonorum ruinis stare, possunt. Quò quidem hominum genere nullum esse improbius Grotius dicit. *Lib. II. c. 25. §. 9. Conf. Bodinum Lib. IV. de Rep. c. 7. p. 751.*


§. XXX. Politicis autem hinc se adungere non vereantur nec metuant THEOLOGI, præcipuè AULICI. Enimverò laudabiliter facere Principes, qui in consultatione rerum gravium, etiam bellicarum, piorum & Doctorum Pastorum sententias audiunt, multà non indigere probatione videtur. Ante, in & post, bellum namque considerandum, quid Deo sit gratum, quidve adversum, ut illud sectandò hoc fugiendò ipsius in nos benedictionem provocemus, quàm sine omnia vana esse consilia quotidie rerum demonstrant eventus. Edocere verò istud Theologorum in specie creditur esse officium cordatè & intrepidè exercendum tū apud omnes, tum vel imprimis apud illos, qui in majori, quàm alii, auctoritate constituti sunt. Quidam enim, ut *Isocrates* ipse, Gentilis licet, cum indignatione animadvertit, eò pervenerunt dementiae, ut existiment, impietatem & injustitiam probrosam quidem esse, sed afferre lucrum & in quotidianà vità cum primis esse conducibilem, justitiam verò, etsi laudari soleat, nihil emolumentum parere & aliis utiliore esse, quàm iis, qui eà sunt præditi. Quàm in absurda autem tales opinione versentur, ut breviter ostendam, non allegabo nunc divina Oracula de verà & falsà felicitate hominis, quæ passim in scripturis reperiuntur; illum ipsum, cujus modò meminimus, Ethnicum *Isocratem* saltem audiamus. Non intelligunt illi, inquit, neque ad parandas opes neque ad gloriam consequendam, neque ad rem benè gerendam nec denique ad felicitatem adipiscendam tantam esse vim in injustitià, quanta est in virtute & ejus partibus. Nam his bonis, quæ animo insunt, etiam ceteras utilitates, quibus opus est, paramus. Quare qui mentem suam negligunt, hi non animadvertunt, se id negligere, ut aliis neque rectius sentiant neque meliori fortunà utantur. Atque adeò mirum mihi videtur esse, qui putent, eos, qui in proposito & constantia

tiā colenda pietatis & justitia labores suscipiant & pericula adeant, de-
terioris conditionis fore, quā improbos, nec in majore, quā alios,
tām Deorum quā hominum gratiā futuros. Ego vero certum habeo,
solos hos in rebus antecellere, quā veras utilitates pariant, reliquos fal-
sā quadam & inani specie boni gloriari. Nam qui injustitiam pluris fa-
ciunt & Summum Bonum in eō ponunt, ut alienis opibus potiantur, eos
similes esse video feris, quā inescantur, ac initio quidem his, quā prehen-
derint, cum voluptate frui, sed paulō post in maximis esse malis, eos au-
tem, qui pietatem & justitiam colunt, & perpetuō in tutō esse, & de
reliquō avi spatiō universō spem habere meliorem. Quasi non in omnibus
ita evenire consueverunt, at plerumque hōc modō sunt. Est autem cor-
datorum hominum officium, quoniam, quid profuturum sit, semper non
perspicimus, quod frequentius prodest, id amplecti. Quid autem est eo-
rum opinione absurdus, qui cū honestiorem & Deo gratiorem existi-
ment justitiam injuriā, eorum, qui illā utuntur, vitam fore miserio-
riorem censent, quā eorum, qui se improbitati manciparunt? p.m. 165. seq. Quē
& similia ad timorem Dei & amorem recti hominum animis impri-
mendum præcepta in superex S. literis depromere noverint Theolo-
gi. Iphis enim, tanquam divinæ voluntatis interpretibus, & nunc Fe-
cialibus nunc Caduceatoribus, magis meritō, quā ulli alii hominū
generi, est integrum, vel summas mundi Potestates, quando necesse
& salutare ipsis est, informare, instigare, increpare etiam gravius,
quemadmodum exempla Nathanis, Jeremia, Ezechielis, Amosii, Joh,
Baptista, Pauli, Athanasii, Ambrosii aliorumq; ostendunt. Et certē
cū morborum corporis multæ & variæ curationes sint à Medicis
inventæ, animis ægrotis & malarum cupiditatum plenis unicum
superest remedium, oratio, quæ liberè delicta reprehendat. Ut
verò Zelum in pietate fundari, ita prudentiā temperari æquum ac
justum est, ne vel incerta pro certis vel omnino falsa pro veris cre-
dulitatis culpā accipiantur; vel affectu um impetu repagula mode-
stia perrumpantur, adeoque corripienti juxta Christi, Magistrī
nostri, regulam gradus si non impiè, inconsideratè utique, negligan-
tur. Quibus ita factis opus tandem non fuerit, ut, quemadmo-
dum Petr. Forell. & Ludov. Montalt. in c. charitas ad Constit. Neapol.
non dubitarunt adserere, Principi pacis daretur curator, qui ne-
gligentiam

gligentiam suppleat & ditionum salutem procuret, conf. Franc. Zi-
 pæ. in *Judic. Lib. IV. c. 28. n. 5. p. 397.* quod quidem suo loco re-
 linquimus, sed ultrò, ut piè ac reverenter credere nos decet, Prin-
 cept Christianus ipse non inferiores Gentili pietate cogitationes
 hauriet, & quemadmodum Seneca *Lib. I. de Clemen. c. 1.* Neronem
 admonuit, secum ratiocinabitur: *Ego ex tot mortalibus placui, qui
 Dei vice in terris fungerer, qui illustre divina Majestatis instar tanquam
 salutare populis sidus circumferrem, mihi summa rei ordinandæ consi-
 lioq; ope moderandæ facultas commissa est, meum munus cælum amat
 ornatq;, angeli tuentur, homines venerantur; providendum est ergo, ne
 quid virtute & fastigio Principali indignum in moribus, in propositis
 meis, conspiciatur, ne fortunam auspicio meo destinatam vel malè con-
 sulendo fatigem vel ignavè cessando destituam. Cedant ergo armatogæ,
 cedant arvis & aratris, aut in hæc mutantur. Pulchrius vomer, quàm
 ensis splendet, bidens, quàm hasta; iterum colantur arva! satis jam
 sanguine ad fertilitatem imbuta sunt, navigentur maria! satis classibus
 turbata sunt; vigeant commercia! satis latrociniis destructa sunt.
 Conf. Fenolieti, Montispes sulani Episcopi Orationem ad Ludov.
 XIII. Galliæ Regem ap. Grammond. *Hist. Gall. Lib. I. p. 71.* Quas &
 similes cogitationes ut Pacis Restaurator, Christus, cordibus omni-
 um Christianorum Principum suggerat, omnes meritò nocte dieq;
 non intermissis precibus atq; suspiriis ab Omnipotenti DEO,
 in cujus manu Regum corda sunt, debemus ex-
 petere, ut Fiat!*








01 A 6637

ULB Halle 3
003 090 477



LD 17 VD 18







14.

De
CAUSIS
PACEM OMNISTVDIO
SECTANDI
⊗
BELLUM ABHORRENDI
Gravissimis
DISSERTATIO
CHRISTIANI HENELII.
J. U. L.

612

